bonũ · nich fac̃ q n̄ ſit bõn · q̃ꝛ a bõ n̄ p̃cedit · n̄ bõn
qd tñ ſit ab ipõ · h ipõ tm̃ ẽ eo · et iõ n̄ p' ẽẽ ſũm̃ ·
fuit g̃ ãgl's a deo ↄdit' · bõn q̃dẽ · ſ; n̄ ſũm̃ · pſiciẽdꝰ tñ
ſi aſſẽm tenderẽt ĩ ſũmũ · Et qm̃ · p · li · ar · volũtas pote
rat tendẽ ĩ bõn ſũmũ · vl' conũti ad bõn p̄uatũ · luci
fer ſũme p̃lcitudinis · et altitudinis ↄſideratõẽ · excita
ẽ ad ſe · diligẽd · et ſuũ p̄uatũ; bõn p̃ſumpſit de
altitudĩe ſ̃ita · et ambiuit excellẽᵗⁱᵃᵐ · ipa · n̄ tm̃ obtẽ
tã · ac plxe pſumẽdo ↄſtituit ſe ſibi ſũmũ bõn · ĩ ſe
ipõ q̃eſcẽdo · Cũ aũt ipẽ n̄ ſũmũ eẽt p̃ri · nec ſũmũ;
bõn · necẽẽ fuit · q ĩordinato aſcẽſu · deſcẽſu rueret
p̃ri ratõẽ · ⁊ oẽs ſibi ↄſentiẽtes · Et q̃ꝛ n̄ eſt decẽẽ p̃ce ·
ſiñ decorẽ iuſtĩe · iõ ſtatim cum cecid̃ ĩ p̃ẽ · cũ ceteris ad

// p̃ⁿ · ĩ ſe ipõ q̃eſcẽdo et am
biendo ↄſtituit ſe ſibi

hẽntib' ſibi · p̃did' loc̃ ſũmũ; · ſ · empyreũ · deſcẽdẽs ad ymũ ·
ſ · caligioſum aerẽ · vl' ĩferũ · ita q lapſꝰ fuit ĩ culpã · p · li ·
ar · lapſꝰ vero ĩ penã · p̄diuinũ iudiciũ; · Et qm̃ ĩmutabili
tatẽ hẽbat p' electõẽ · iõ ſtatĩ obſtinat̃ ẽ ĩ malo · ⁊ p h' excẽ
cat̃ ẽ aũ · deordinat̃ ẽ ĩ operatõẽ · et ĩfirmat̃ ẽ ĩ v̄tute · iõ
voᵗᵃˢ ei' impia · aũſa ẽ · ↄuſa ẽ ad hoĩs odiũ; et ĩuidiã · et
pſpicacitas rõis a vo' lũĩe excecata · ↄuſa ẽ ad deceptõẽ · p diui
natõẽs · et cautelas · ⁊ oſſitõſitas ĩ miniſtrãdo · a vero
miniſterio amota · ↄuſa ẽ ad temptãnita · ⁊ v̄tuoſitas ĩminu
ta et coartata · q̃ p̃mittit̃ · ↄuiũt ad mirabilia facienda · p
tranſmutatõẽs ſpẽrũs q̃s fac̃ actiua corpũ creatũ · Et q̃ꝛ hec
õ deordinata ſ̃t p volũtatẽ depuatã p ſ̃bia · iõ õ hec ↄuũt
ad fomitũ ſue ſ̃bie · q̃rẽs ab oĩb; coli · et hõrari · ad modũ dei
hĩc ẽ · q õ male ag̃ · q iuſto deus iudiᵒ p̃mittit · ad vin
dictã maleficõꝝ · laudẽ vero bõꝝ · ſic apparebᵗ p finale iudiᵐ ·

De ↄfirmatõẽ angelorũ bõꝝ · viii

DE ↄfirmatõẽ vero
anglõꝝ · hoc tenẽd ẽ · q ſic angeli a deo auſi · ſtatĩ ſt
obſtinati p ĩp̃miã · ſic ad deum conũſi ſtatĩ a dõ fuer̃ ↄfi
mati p g̃ãm · ⁊ glãm · ĩ voᵗᵉ · p̃fcẽ illuminati ĩ rõẽ · ſ; cognitõẽ;
matutinã · ⁊ veſptinã · p̃fcẽ formati ĩ v̄tute · ſiũ motiũ · ſiũ
opatiũ · p̃fcẽ ordinati ĩ operatõẽ · ſiũ ↄtẽplatiũ · ſiũ miniſtratiũ
⁊ h ſ; t̃plicẽ ierar' · ſupp̃mã · mediã · ⁊ ĩfimã · ad ſupp̃mã a̓
ſpectãt troni · cherubin · et ſeraphyn · ad mediã · dñatões v̄
tutes · ⁊ poteſtates · ad ĩfimã p̃ncipat' · archangli · angeli ·
Ex qb; plimi ſt ĩ miniſtriũ; miſſi · et ad cuſtodiã homiñ de
putati · qb; miniſtrãt · purgãdo · illuminãdo · ⁊ pficiendo ·
ſ; imperiũ voᵗᵃᵗⁱˢ dei · ¶ Rõ a̓ · ad ĩtellia; p̃dcõꝝ · hoc ẽ · q̃ꝛ
cũ angeli p̃p excẽſſam ſilitudĩẽ · et p̃p̃iquitatẽ · ad p̃ri · ⁊ ſũm̃
p̃ri · ĩtell; hãnt deiformẽ · ⁊ ĩmutabilitatẽ p' ↄſẽſum · ex
li · ar · diuina ſ̃ueniẽte g̃ra · ad ſũmũ bõn ↄuſi · ẽ tota
liẽ ĩ deũ tenderẽ · p glia; fuer̃ ↄfirmati p̃rit ⁊ p̃fcti · iõ q̃
ad voᵗᵉ fuer̃ ſtabiles · et felices · q̃ ad rõẽ pſpicaces · ita
v' ſtatĩ cognoſcerẽt res ĩ p̃o genẽe · ſ; ⁊ ĩ arte · ac p h' · n̄ tm̃ co
gnitõẽ veſptinã hrẽnt · ſ; ⁊ matutinã · vl' ẽ diurnã · p̃p
illi' lucis p̃lcitudinẽ · et õĩmodã puritatẽ · ĩ cui' · oĩs creatũ
miro tenebra dia p̃ · q̃ ad v̄tuoſitatẽ p̃fcẽ fortificati · ſiũ
ĩ impãdo · ſiũ ĩ exeq̃ndo · vl' aſſumpto corp̃e · vl' ẽ n̄ aſſũpto
q̃ ad ... vo · p̃fcẽſſime ordĩati · v' tñ n̄ poſſit deordinari
n̄ aſcẽdẽdo ad ↄtẽplatõẽ dei · nec deſcẽdẽdo ad miniſtrãdũ
hoĩ · q̃ꝛ cũ dei faciẽ ad ſuãe ↄtemplẽt · q̃cẽ; mittũt̃ · ĩtru
dũ dicit · agũt enĩ · et ag̃t · ſ; ordĩẽ ierarchĩe ĩcas mi
tiatũ; p̄nã; · et ↄfirmatũ; p g̃ãm · q̃ ſtabiliẽdo · libi · arbiᵗ
v̄tibilitatẽ illuſtrauit pſpicacitatẽ · ordĩauit oſſitõſitatẽ
et roborauit v̄tutẽ · ſ; iiij · attributa ſũ nõiata · pſpicacitas
a̓ · rõis ĩ ↄtemplãdo · cui p̃ncipalr reſpicẽ ad maieſtatẽ ve
nerãdã · aũt ad veritatẽ ĩtelligẽdã · aũt ad bonitatẽ deſide
ratã · ⁊ ſ; hec ſt tres ordines ĩ ierar' · p̃ᵃ · ſ · troni · ad q̃s
reuerẽtia · cherubĩ ad quos ſap̃ · et ſeraphyn · ad q̃s beniuolẽᵗⁱᵃ
ſpectat · ad p̃fcm̃ a̓ v̄tuoſitatẽ ſpectat v̄tc imperatĩ · v̄tus
exercitã · v̄tˢ expeditã · p̃ma ad dñatões · ſc̃a ad v̄tutes ·
tr̃ia · ad poteſtates · q̃ꝝ ẽ arcere poteſtates ↄt̃rias · ad p̃fcam
oſſitõſitatẽ ſpectat regẽ · reuelare · ⁊ releuare · p̃ᵐᵘᵐ ẽ p̃nci
patuũ · ſ; archanglõꝝ · ⁊ t̃ciũ anglõꝝ · q̃ꝛ cuſtodiũt · ne ſta
tes cadant · ⁊ cadentes adiuuãt v' reſurgãt · ⁊ ſic patet q̃ h

quod sit in angelis, sed plus minus, gradatim a summis descendendo usque ad infima. Ordo autem ordinationis dicitur ab eo quod excellentiam accepit in munere.

De productione hominis quantum ad spiritum. ix.

Post naturam vero corpoream et incorpoream dicenda sunt aliqua de natura ex utraque composita, pro ex parte mentis, sive ex parte animi suo, ex parte totius hominis. De anima igitur rationali hoc in summa tenenda sunt secundum sacram doctrinam, quod ipsa est forma ens, vivens, intelligens et libertate utens. Forma quidem existens non a se ipsa nec de divina natura, sed a Deo de nihilo per creationem in esse deducta. Forma autem vivens non ex natura intrinseca ex se ipsa, non vita mortali sed vita perpetua. Forma vero intelligens non tantum creata, sed in creatione esse ad cuius imaginem facta est, per memoriam, intelligentiam et voluntatem. Forma libertate utens, quia semper est libera a coactione; a miseria et coactione libera fuit in statu innocentiae, licet non in statu naturae lapsae. Haec autem libertas a coactione non aliud est quam facultas voluntatis et rationis, quae sunt potentiae animae principales.

Ratio autem ad intelligentiam praedictorum haec est: quia cum primum principium sit beatissimum et benevolentissimum, ideo sua summa benignitate beatitudinem suam communicat creaturae non tantum spirituali et propinquae, sed et corporali et longinquae; corporali tamen et longinquae mediante, quia lex divinitatis haec est ut infima per media reducantur ad summa. Et ideo non tantum spiritum angelicum et separatum fecit beatificabilem, sed et spiritum coniunctum, scilicet humanum. Est igitur anima rationalis forma beatificabilis. Et quia ad beatitudinis praemium pervenire non est gloriosum nisi per meritum, nec mereri contingit nisi in eo quod voluntarie et libere fit, ideo oportuit animae rationali dari libertatem arbitrii per remotionem omnis coactionis; quia haec est de natura voluntatis ut nullatenus possit cogi, licet per culpam misera efficiatur et sua poena.

Rursus quia forma beatificabilis est capax Dei per memoriam, intelligentiam et voluntatem, et hoc est esse ad imaginem Trinitatis propter unitatem in essentia et trinitatem in potentiis, ideo animam necesse fuit esse intelligentem Deum et omnia, ac per hoc Dei imagine insignitam. Et quia nihil beatum potest beatitudinem amittere, nihil potest esse beatificabile nisi esset incorruptibile et immortale; necesse igitur fuit animam rationalem immortali vita de sui natura esse viventem.

Postremo quia omne quod ab aliquo beatificabile est et immortale, est mutabile secundum bene esse et incorruptibile secundum esse, ideo anima non a se est nec de divina natura, quia mutabilis; nec producta de aliquo nec per naturam generata, quia est immortalis et incorruptibilis, et talis forma non potest per generationem in esse induci, quia omne naturaliter generabile est naturaliter corruptibile. Ex his apparet qualiter finis beatitudinis necessitatem imponit praedictarum conditionum ipsi animae ad beatitudinem ordinatae.

Quoniam anima ut beatificabilis est et immortalis, ideo cum unitur mortali corpori, potest ab eo separari; ac per hoc non tantum forma est, verum etiam hoc aliquid; et ideo non tantum unitur ut perfectio, verum etiam ut motor, et sic perficit per essentiam quod movet pariter per potentiam. Et quoniam ipsa non tantum dat esse, verum etiam vivere et sentire et intelligere, ideo potentiam habet vegetativam, sensitivam et intellectivam; ita quod per potentiam vegetativam generat, nutrit et augmentat: generat ut quod, nutrit ut quale, augmentat ut quantum. Per sensitivam apprehendit sensibilia, retinet apprehensa, componit et dividit retenta; apprehendit per sensum exteriorem quinquepartitum secundum convenientiam ad quinque mundi corpora principalia, retinet per memoriam, componit et dividit per phantasiam, quae est prima virtus collativa. Per intellectivam autem discernit verum, refugit malum et appetit bonum; verum quidem discernit probabile, malum repellit per irascibilem, bonum appetit per concupiscibilem.

Rursus quia discretio veri est cognitio, fuga et appetitus est affectio, ideo tota anima dividitur in cognitivam et affectivam. Amplius quoniam cognitio veri est duplex, vel veri ut veri vel veri ut boni, et hoc vel aeterni quod est supra animam vel temporalis quod est infra, hinc est quod potentia cognitiva ut potens intellectus et sic dividitur secundum quod intellectus in speculativum et practicum, et ratio in superiorem portionem et inferiorem, quae potius nominant diversa officia quam diversas potentias.

Postremo quoniam appetitus duplex est ad aliquid ferri, scilicet secundum naturale instinctum vel secundum deliberationem et arbitrium, hinc est quod potentia affectiva dividitur in voluntatem naturalem et voluntatem electivam, quae proprie voluntas dicitur. Et quoniam talis electio indifferens est ad utrumque, propterea ideo est a libero arbitrio; et quia haec indifferentia consurgit ex deliberatione probabili rationis et voluntatis adiuncta, hinc est quod liberum arbitrium est facultas rationis et voluntatis; et quod sic dicit Augustinus omnes prope divisiones rationales potentias comprehendit. Cum de libero arbitrio loquimur, non de parte animae loquimur, sed certe de tota, et consensu est illarum potentiarum, rationis scilicet se ipsam redeuntis et voluntatis concomitantis, consurgit integritas libertatis, quae est principium meriti vel demeriti secundum electionem boni vel mali.

De productione hominis quantum ad corpus. x.

De corpore vero humano in statu primae conditionis haec sunt tenenda secundum doctrinam fidei orthodoxae: quod corpus hominis primi sic conditum fuit et de limo terrae formatum ut tamen esset animae subiectum et suo modo proportionabile; quantum ad complexionem aequale, quantum ad organizationem pulcherrimum et multiforme, et quantum ad rectitudinem staturae erectum. Conditum autem ut esset obtemperans sine rebellione, esset propagans et propagabile sine libidine, esset vegetabile sine defectione et immutabile ad omnimodam corruptionem non inducente morte. Et secundum hoc datus est sibi locus paradisi terrestris in habitatione tranquilla; formata est mulier de latere viri in consortium et adiutorium ad propagationem immaculatam; datum est lignum vitae ad vegetationem continuam et tandem ad immutationem perfectam et immortalitatem perpetuam.

Ratio autem ad intelligentiam praedictorum haec est: quia cum primum principium sit in producendo potentissimum, sapientissimum et optimum, et in omnibus effectibus suis hoc aliquo modo manifestet, potissime debet hoc manifestare in ultimo effectu et nobilissimo, cuiusmodi est homo, quia inter cunctas creaturas productus ultimo, ut in illo appareat et relucet potissime divinorum operum consummatio. Ut ergo in homine manifestaretur Dei potentia, ideo fecit eum ex naturis maxime distantibus coniunctis in unam personam et naturam, cuiusmodi sunt corpus et anima, quarum unum est substantia corporea, alterum vero, scilicet anima, est substantia spiritualis et incorporea, quae in genere substantiae maxime distant.

Ut ergo manifestaretur Dei sapientia, fecit tale corpus quod proportionem suo modo haberet ad animam. Quoniam igitur corpus unitur animae ut perficienti et moventi et ad beatitudinem sursum tendenti, ideo ut conformaretur animae vivificanti, habuit complexionem aequalem, non a pondere vel mole sed ab aequalitate naturalis iustitiae, quae disponit ad nobilissimum modum vitae. Ut conformaretur moventi per multiformes potentias, habuit multiformitatem organorum cum summa venustate et artificiositate et ductibilitate, sicut patet in facie et in manu, quae est organum organorum. Ut conformaretur animae sursum tendenti ad caelum, habuit rectitudinem staturae et caput sursum erectum, ut sic corporalis rectitudo mentali rectitudini attestaretur.

Postremo ut in homine manifestaretur Dei bonitas et benevolentia, ideo fecit hominem absque omni culpa et absque omni poena et miseria. Cum enim primum principium simul sit optimum et iustissimum, quia optimum, non debuit facere hominem nisi bonum, ac per hoc innocentem et rectum; quia iustissimum, poenam non debuit infligere ei qui nullum habebat omnino peccatum. Ac per hoc tale corpus constituit illi animae rationali quod in sibi esset obtemperans, ut nulla esset in eo pugna rebellionis, nulla pruritus libidinis, nulla diminutio vigoris, nulla corruptio mortis, ita quod esset animae conforme; ut sicut anima erat innocens et tamen poterat cadere in culpam, sic corpus esset impassibile et tamen posset cadere in poenam; et ideo poterat non mori et poterat mori, poterat habere sufficientiam et poterat habere indigentiam, poterat obtemperare et poterat habere rebellionem et pugnam. Et propterea in statu illo

corpus erat tale, ut ab eo fieret seminalis decisio ad propagationem prolis per admixtionem sexus muliebris per naturam; et principiatis fieret humoris nutrimentalis consumptio per actionem caloris, fieret quoque nichilominus restauratio per alimentum lignorum paradisi, restauratio per lignum vite seu preservatio humidi radicalis, quod hanc virtutem habuit; ob quam ut dicit Augustinus non solum fuit in alimentum sed in sacramentum. Incorrupto igitur et immortalitas corporis Ade pendebat velut ab anima sic continente et influente, a corpore bona et equali complexione sic disponente et suscipiente aliquo modo iuvante, sic a vegetante et animante, a regimine vero divine providentie sic interius conservante et exterius protegente.

De productione hominis quantum ad totum coniunctum. xi.

De toto autem homine in paradiso posito hec tenenda sunt, scilicet quod datus est ei duplex sensus, scilicet interior et exterior, mentis et carnis. Datus est ei duplex motus, scilicet imperativus in voluntate, executivus in corpore. Datum est ei duplex bonum, unum visibile, alterum invisibile. Datum est ei duplex preceptum, scilicet nature et discipline: preceptum nature, crescite et multiplicamini; preceptum discipline, de ligno scientie boni et mali ne comedas. Datum est sibi quoddam adiutorium, scilicet scientie, conscientie, synderesis et gratie, ex quibus habuit sufficienter unde posset in bono stare et proficere et a malo cavere et declinare.

Ratio autem ad intelligentiam predictorum hec est: quia primum principium fecit mundum istum sensibilem ad declarandum seipsum, videlicet ad hoc ut per illud tanquam per speculum et vestigium reduceretur homo in Deum artificem amandum et laudandum. Et secundum hoc duplex est liber, unus scilicet scriptus intus, qui est eterna Dei ars et sapientia, alius scriptus foris, mundus scilicet sensibilis. Cum igitur esset una creatura que sensum habebat interiorem ad cognitionem libri interioris, scilicet angelus, et alia que totum sensum habebat foris, ut quodlibet animal brutum, ad perfectionem universitatis sic debuit creari que hoc duplici sensu esset predita ad cognitionem libri scripti intus et foris, scilicet sapientie et sui operis. Et quia in Christo simul concurrit sapientia et eius opus in una persona, ideo dicitur liber scriptus intus et foris, scilicet sapientie, ad reparationem mundi. Et quia cuilibet sensui respondet motus, ideo datus est duplex homini motus, unus secundum instinctum rationis in mente, alius secundum instinctum sensualitatis in carne; primus est imperativus, secundus est obtemperativus secundum rectum ordinem; quando autem fit econtra, tunc rectitudo et regimen anime precipitatur de statu suo. Et quia cuilibet motui et sensui respondet appetitus ad aliquod bonum, ideo preparatum est homini duplex bonum, unum visibile, alterum invisibile, unum temporale, alterum eternum, unum carnis, alterum spiritus. Et cuius bonis Deus unum dedit, alterum promisit, ut unum gratis possideret, alterum per meritum quereret. Et quia frustra datur bonum nisi custodiatur, frustra promittitur nisi ad ipsum perveniatur, ideo duplex est datum homini preceptum, unum nature, ad custodiendum bonum datum, alterum discipline, ad promerendum bonum promissum, quod nullo modo melius poterat mereri quam per meritum obedientie. Obedientia autem meritoria est quando preceptum ex se solo obligat, non ex aliqua alia causa, et tale dicitur preceptum discipline, quia per ipsum discitur quanta sit virtus obedientie, que suo merito ducit ad celum, suo vero contrario precipitat in infernum.

Quoniam igitur datum est in mandatum homini, non propter indigentiam aliquam quam Deus haberet de humano obsequio, sed ad dandum viam merendi coronam per meritum et virtutem obedientie; et quoniam homo de se non est ex nichilo factus, nec per gratiam confirmatus, poterat cadere, benignissimus Deus quoddam ei contulit adiutorium duplex, nature scilicet et gratie. Duplex enim indidit rectitudinem ipsi nature, unam ad recte iudicandum, et hec est rectitudo conscientie; aliam ad recte volendum, et hec est synderesis, cuius est remurmurare contra malum et stimulare ad bonum. Duplex etiam superaddidit perfectionem gratie, unam gratie gratis date, que fuit scientia illuminans intellectum ad cognoscendum seipsum, Deum suum et mundum istum, qui factus fuit propter ipsum; aliam gratie gratum facientis, que fuit caritas habilitans affectum ad Deum diligendum super omnia, et proximum sicut seipsum.

Et sic ante lapsum homo perfecte habuit naturalia, sed vestita nichilominus gratia divina. Ex quo manifeste colligitur quod si cecidit, hoc non fuit nisi ex culpa sua, quia obedire contempsit.

De completione et ordine totius mundi consummati. xii.

Ex predictis colligi potest quod creatura mundi est quasi quidam liber in quo relucet, representatur et legitur Trinitas fabricatrix secundum triplicem gradum expressionis, scilicet per modum vestigii, ymaginis et similitudinis, ita quod ratio vestigii reperitur in omnibus, ratio ymaginis in solis intellectualibus seu spiritibus rationalibus, ratio similitudinis in solis deiformibus; ex quibus per quosdam scalares gradus intellectus humanus natus est gradatim ascendere in summum principium, quod est Deus.

Ratio autem ad intelligentiam predictorum hec est: quia cum omnes creature respectum habeant et dependentiam ad creatorem suum, tripliciter ad ipsum comparari possunt: aut sicut ad principium creativum, aut sicut ad obiectum motivum, aut sicut ad donum inhabitativum. Primo modo comparantur ad ipsum omnes effectus eius; secundo modo omnes intellectuales; tertio modo omnes spiritus iusti et Deo accepti. Omnis enim effectus, quantumcumque parum habens de esse, habet Deum sicut principium. Omnis intellectualis, quantumcumque parum habens de luce, natus est per cognitionem et amorem capere Deum. Omnis spiritus iustus et sanctus habet donum Spiritus Sancti infusum. Et quia creatura habere non potest Deum sicut principium quin conformetur ei secundum unitatem, veritatem et bonitatem, nec Deum sicut obiectum quin eum capiat per memoriam, intelligentiam et voluntatem, nec Deum sicut donum infusum quin conformetur ei per fidem, spem et caritatem seu tres dotes; et prima conformitas est longinqua, secunda propinqua, tertia proxima; hinc est quod prima dicitur vestigium Trinitatis, secunda ymago, tertia similitudo. Est igitur spiritus rationalis medius inter primam et ultimam, ita quod primam habet in se ut sibi inferiorem, et tertiam supra se; et ideo in statu innocentie, cum ymago non erat viciata sed deiformis effecta per gratiam, sufficiebat liber creature in quo seipsum exerceret ad contuendum lumen divine sapientie, ut sic sapiens esset, cum universas res videret in se, videret in proprio genere, videret in arte, secundum quod tripliciter habent esse res, scilicet in materia vel natura propria, vel in intelligentia creata, et in arte eterna, secundum quam tria dicit scriptura: dixit Deus fiat, fecit, et factum est. Pro quibus triplicem visionem triplicem accepit homo oculum, sicut dicit Hugo, scilicet carnis, rationis et contemplationis. Quia quidem oculus contemplationis actum suum perfectum non habet nisi per gloriam, quam amittit per culpam, et recuperat autem per gratiam et fidem et scripturarum intelligentiam, quibus mens humana purgatur, illuminatur et perficitur ad celestia contemplanda; ad que lapsus homo pervenire non potest nisi prius defectus et tenebras proprias recognoscat, quod non facit nisi consideret et attendat ruinam humane nature. **Explicit liber de creatura mundi .ii. Incipit liber .iii. de corruptela peccati. De origine mali in communi. i.**

Prelibatis aliquibus breviter de Trinitate Dei et creatura mundi, restat aliqua tangere breviter de corruptela peccati. De quo in summa tenendum est quod peccatum non est essentia aliqua, sed defectus et corruptela, que scilicet corrumpit modum, speciem et ordinem in voluntate creata; ac per hoc corruptio peccati est ipsi bono contraria. Nec tamen habet esse nisi in bono, nec ortum trahit nisi a bono, quod quidem est liberum voluntatis arbitrium; et ipsum non est summe malum, cum possit velle bonum, nec summe bonum, cum possit declinare in malum.

Ratio autem ad intelligentiam predictorum hec est: quia primum principium, cum sit ens a seipso, non ab alio, necesse est quod sit ens propter seipsum, ac per hoc summe bonum, nullius prorsus habens defectum. Non est igitur aliquid nec esse potest quod sit primum et summe malum, quia primum principium dicit summum complementum, et summum malum defectum dicit privativum. Cum igitur primum principium sit summe ens et complementum, non deficit in essendo nec in operando, nec summe malum est nec aliquod malum est [margin: non aliquod malum principale] quia omnis operatio eius bonum de non esse in esse deducit propter suam immensitatem, aliquid nature, quod et fecit cum creaturam fecit, cui dedit esse, vivere et intelligere et velle; que quidem quia a summo bono fuit, secundum habitudinem triplicis cause esse oportuit quod haberet in sua substantia et virtute modum, speciem et ordinem. Natura igitur fuit agere opera sua a Deo et secundum Deum et propter Deum, et hoc secundum modum, speciem et ordinem sibi insitum; sed quia de nichilo fuit et defectiva, potuit deficere agendo propter Deum, ut quod faceret propter se, non propter Deum

ac per hoc nec a Deo nec secundum Deum. Et hoc est peccatum, quod est modi, speciei et ordinis corruptivum; quod quia defectus est, non habet efficientem causam, sed deficientem, videlicet defectum voluntatis creatae. ¶ Quia vero corruptio est et non nisi boni, et omnis corruptio est in re corruptibili, ideo non est nisi in bono; ac per hoc in voluntate libera corrumpente se ipsam modum, speciem et ordinem deficiendo. A vero bono peccatum esse in quantum huiusmodi, et est a vero sicut a prima origine, et est in vero sicut in subiecto; quod quidem facit voluntas, quae sua defectibilitate, mutabilitate et vertibilitate, a summo bono indeficiente et incommutabili bono commutabili inhaesit. Ex quibus colligitur, quod peccatum non est appetitio malarum rerum, sed desertio meliorum; et ideo in appetitu voluntatis est modi, speciei et ordinis corruptio; ac per hoc adeo voluntarium, quod si non est voluntarium, iam non est peccatum. ¶ Hinc est autem quod per intellectus manifeste cadit impietas Manichaeorum ponentium summe malum omnium malorum principium. Per praedicta autem apparet quae sit mali origo et quid sit mali subiectum.

De primorum parentum temptatione. ii.

Ad intelligentiam autem qualiter corruptela peccati intravit in mundum, considerandus est lapsus primi parentis, traductivae peccati originalis et ortus seu radicis peccati actualis. ¶ Circa lapsum igitur primi parentis haec tria nobis consideranda occurrunt, scilicet temptatio diabolica, culpa commissa et poena inflicta. Hoc autem de temptatione tenendum est, quod cum diabolus hominem conditum in felicitate perspexisset in duplici sexu, virili scilicet et muliebri, diabolus invidens homini, assumpta specie serpentina, aggressus est mulierem, primo interrogando: Cur praecepit vobis Deus ne comederetis etc.; secundo asserendo: Nequaquam moriemini; tertio promittendo: Eritis sicut dii, scientes bonum et malum; volens ista temptatione deicere mulierem infirmiorem et per illam prosternere postea sexum virilem. Quod et fecit Deo permittente. ¶ Ratio autem ad intelligentiam praedictorum haec est: quia sicut primum principium est potentissimum in producendo, sic et rectissimum in gubernando; et ideo sic res quas condidit administrat, ut agere proprios motus sinat. Cum ergo homo sic factus erat, ut per victoriam pugnae perveniret ad praemium quietis aeternae, licet Deus sciret hominem temptationi succumbere, debuit tamen permittere hominem temptari ab eo qui sciret, posset et vellet. Cum igitur diabolus, qui prius erat sciens et rectus, per superbiam cadendo factus est versutus et invidus, ideo per invidiam temptare volebat et per astutiam sciebat; ideo temptavit ut quod potuit, et Deus permisit. ¶ Quod ergo in temptando speciem serpentinam assumpsit, hoc fuit dispensationis divinae, ut non solum deprehendi eius versutia posset, verum etiam ex illa effigie versutia diabolica in temptando innotesceret cunctis filiis Adae. ¶ Rursus quod temptavit de praecepto disciplinae, hoc similiter fuit dispensationis divinae, ut sive vinceret sive vinceretur, cunctis innotesceret meritum obedientiae seu demeritum inobedientiae. Quod autem incepit a muliere, hoc fuit versutiae suae, quia facilius est deicere minus fortem; versutia hostis est ex infirmiori parte aggredi civitatem. Similiter modus quo in temptatione processit, magnae fuit versutiae, quia experiendo, impellendo et alliciendo. ¶ Experientiam enim sumpsit in interrogatione, impulit in asseveratione, allexit autem in promissione. ¶ Primo enim interrogavit de mandato, causa ut rationem duceret in dubium; secundo dubitatione habita "ne forte moriamur", asseveravit ut irascibilem duceret in contemptum; tertio promisit ut concupiscibilem duceret in appetitum. Et sic his tribus modis libertatem arbitrii traxit in consensum, quae est facultas rationis et voluntatis, complectens nihilominus tres praedictas vires: rationalem, irascibilem et concupiscibilem. Tertio quoque diabolus allexit per triplex appetibile, scilicet per scientiam, quae est appetibilis rationali, per excellentiam ad modum Dei, quae est appetibilis irascibili, per suavitatem ligni, quae est appetibilis concupiscibili. Et sic temptavit omne quod erat in muliere temptabile per omne illud quod poterat in temptatione inducere, quod est complexivum appetibilium mundi, scilicet concupiscentia carnis, concupiscentia oculorum et superbia vitae, secundum quod tota omnis origo temptationis attenditur, sive amittendo, sive acquirendo, sive adipiscendo.

De primorum parentum transgressione. iii.

De culpa vero primorum parentum hoc tenendum est, quod mulier assentiens temptatori diabolico, appetiit scientiam et excellentiam ad modum Dei, appetiit nihilominus experiri suavitatem ligni vetiti, et tandem incidit in transgressionem praecepti; nec hoc contenta, offerendo fructum ligni vetiti induxit virum, qui nolens delicias suas contristare, mulierem non corripuit, sed potius consensum praebuit male suadenti, et oblatum pomum gustando effectus est transgressor divini mandati. ¶ Ratio autem ad intelligentiam praedictorum haec est: quia cum a primo principio, ut in eodem fuit, datus esset homini duplex sensus et appetitus iuxta duplicem librum et duplex bonum, ut sit libertate arbitrii homo positus ad utrumque converti, mulier audita suggestione serpentis exterioris non recurrit ad librum interiorem, qui legibilis se praebet recto iudicio rationis, sed sensum suum circa exteriorem librum tenuit, et circa exterius bonum negotiari coepit. Et quia sensus eius non accessit ad verum inscrutabile, appetitus eius converti coepit ad bonum commutabile. Appetiit ergo quod diabolus promisit, et ideo consensit ut faceret quod suggessit. Appetendo ergo excellentiam scientiae erecta est in superbiam, et erecta in superbiam, hinc ipso illecta est ad gulam, ac per hoc totaliter prostrata est per inobedientiam. Primo fuit in mente, secundo in sensualitate, tertio in opere. Et sic temptatio ab inferiori incipiens pervenit usque ad summum, quia ab auditu per appetitum venit ad consensum; sic contra deordinatio a superiori incipiens pervenit usque ad imum, et fecit unum peccatum consummatum, quod in humana natura omnis peccati initium est et origo malorum. Contra mulier illecta illexit virum, qui similiter ad librum exteriorem conversus, et ad bonum commutabile nimis appretiando mulieris consortium et suae societatis solatium, nec mulierem voluit corripere nec proprias delitias contristare, quam debuisset eam corripere et non corripuit; ideo imputatur ei peccatum mulieris. ¶ Quia vero noluit suas delicias contristare a se repellendo mulierem, incepit se ipsum nimium diligere, ac per hoc recedens a divina amicitia incidit in gulam et inobedientiam. Fuit ergo transgressio praecepti utrique communis, licet ex alia et alia causa, quia non vir, sed mulier seducta fuit. In utroque tamen, scilicet muliere et viro, fuit deordinatio a summo usque ad imum, quia primo in mente, sive in ratione, deinde in sensualitate, et postremo in opere. Ideo et utrique prostrati fuit per inobedientiam et illecti per gulam, quia utrique erectus est in superbiam, nitens cognitionem appetendo et abiciendo quod nondum acceperat, vel nimis amando et appretiando quod iam habebat. Vir mulieri manducando condixit [illegible]; Adam vero existimans se ad magis [illegible] carum nimis [illegible] puniri, [illegible] est quod fuerit rigorem divinae severitatis. Et sic uterque dum se erexit super se, cecidit mirabiliter infra se, a statu innocentiae et gratiae in statum culpae et miseriae.

De primorum parentum punitione. iiii.

De poena autem hoc tenendum est, quod vir et mulier statim post culpam senserunt poenam rebellionis et erubescentiae in carne, et ideo ad cooperiendum verecunda fecerunt sibi perizomata. Postmodum autem divino iudicio vir incurrit poenam laboris et angustiae, poenam mortis et resolutionis in cinerem, sicut dicit Scriptura: Maledicta terra etc. Mulieri autem duplicata est poena, quia inflicta est praeter haec multiplicatio aerumnarum in conceptu, poena doloris in partu, poena subiectionis ad virum in convictu. Ac per hoc satis quod apparet satis graviter punitum fuit illud peccatum, scilicet esus ligni vetiti, licet autem facile videatur peccatum. ¶ Ratio autem ad intelligentiam praedictorum haec est: quia cum primum principium sit prudentissimum in gubernando et rectissimum in praesidendo, nihil penitus in universo dimittit inordinatum. Et quia culpa recte ordinatur in poenam, ideo statim debetur poena subsequenter et debetur iudicio, ut quod inordinatum fuit cadendo ab ordine, cadat statim ab ordine iustitiae.

Hic est duplex ordo, sicut cetera complectitur, unus quo ab uno ceciderit in alterum diffusum relabatur. Quoniam igitur utrique parentes superbiendo in mente et gustando in carne inobedientes fuerunt suo superiori, ideo divino iudicio factum est, ut sibi fieret inobediens suum inferius, et maxime quantum ad partes illas, scilicet quas est coniunctio utriusque sexus, quae fit in libidinis consuetudine virtuti generative. Et quia hi sentiunt eas non ex natura, sed ex propria culpa, ideo erubescebant et cooperiebant. Rursus, quia spreto summo delectabili concupiverunt in carne delectari, ideo iusto Dei iudicio inflicta est ei labor et defectus famis et sitis. Postremo, quia propter bonum carnis separaverunt se deque ab eo vitae, ideo iusto Dei iudicio anima invita separatur a carne per mortem et incinerationem; ac per hoc, sicut Deus dedit homini secundum ordinem naturae corpus subiectum animae propagabile sine libidine, vegetabile sine defectu, immutabile, impassibile sine mortalitate, convenienter sic homine peccante secundum ordinationem iustitiae subtrahebat et prodeunt inflixit opposita, ut culpa non remaneret impunita et inordinata, quae nequaquam pati debet divina providentia. Et quia mulier prior sumpsit et comedit, ideo peccatum ipsi generatur. Quia cum superbiens fuit viriliter, ideo incurrit subiectionem; quia vidit et appetiit lignum ad vescendum suave, incurrit dolorem; postremo, quia fregit iugum obedientiae, incurrit vinculum multiplicis corruptionis et poenae. Et sic patet quomodo ordine divinae providentiae inflictae sunt multiplices poenae viro et duplicatae in muliere, ut sic decor peccati non esset sine decore iustitiae.

De originalis peccati corruptione. V.

Post lapsum vero primorum parentium procedendum est aliquantulum de traductione originalis peccati, circa quod considerandus est primo modus corruptionis, secundo modus traductionis, tertio modus curationis. Modus autem quo genus humanum per originale peccatum corrumpitur hic est: quia quilibet per concubitum generatur, nascitur natura filius irae, quia privatur rectitudine originalis iustitiae, propter cuius absentiam incurrimus quantum ad animam quadruplicem poenam, scilicet infirmitatem, ignorantiam, malitiam et concupiscentiam, quae sunt propter originale peccatum inflicta. Quas sane poenas spirituales comitatur in corpore multiplex poenalitas, multiplex defectus, multiplex labor, multiplex morbus et multiplex dolor. Ad has poenas subsequitur poena mortis et incinerationis, poena carentiae visionis Dei et amissionis gloriae caelestis, non solum in adultis, verum etiam in parvulis non baptizatis, quos quidem parvulos peccatum contractum interius cruciat; puniuntur quia solum poenam damni habent, sed non sensus. Ratio autem ad intelligentiam praedictorum haec est: quia cum primum principium agat a se et secundum se et propter se, necesse est esse optimum ac per hoc piissimum et iustissimum; et in gubernatione universitatis eius misericordia et veritas sibi induntur. Si autem Deus, ut apparet, in tantis miseriis condidisset hominem, nec pietas esset nec iustitia, quia scilicet tanta miseria opus suum opprimeret nulla praecedente culpa. Similiter, si tantis miseriis repleret nos vel repleri permitteret sine culpa, nec pie nec iuste gubernaret nos divina providentia. Sic igitur cum certissimum est primum principium et in producendo et in providendo rectissimum et clementissimum esse, necesse est quod tale genus humanum fecerit, ut, sicut apparet, nulla esset in eo culpa nec miseria; necesse est etiam ut tale conservaret, ut non permitteret incidere in miseriam nisi propter aliquam culpam subsequentem. Quoniam igitur verum est quod a nativitate originis multiplicem contrahimus miseriam poenae, certum est quod omnes nascimur filii irae ac per hoc privati rectitudine originalis iustitiae, quam vocamus culpam originalem. Et quia omnis culpa dicit recessum a bono incommutabili et accessum ad bonum commutabile, et recedere a bono incommutabili est recedere a summa virtute, veritate et bonitate, accedere autem ad bonum commutabile est plus debito in illud tendere per amorem; hinc est quod per defectum originalis iustitiae incurrit infirmitatem, ignorantiam, malitiam et concupiscentiam. Rursus, quia deserens bonum incommutabile propter bonum commutabile efficitur indignus utroque, hinc est quod per carentiam originalis iustitiae privatur anima quiete temporali in corpore per multiplicem corruptionem et mortem, et tandem separatur a visione lucis aeternae amittendo felicitatem gloriae tam in anima quam in corpore. Postremo, quia carentia huius iustitiae in nascentibus non est primo voluntaria proprie nec actualem delectationem, hinc est quod originali post hanc vitam non debetur poena sensus in gehenna, pro eo quod non sit condignum; sed carere puniuntur divina iustitia, quae supra committitur, ut iam scribendas hoc credo esse sensisse beatum Augustinum, licet verba ipsius exterius propter detestationem erroris Pelagianorum, qui aliqualem felicitatem eis concedebant, austeritatem sonare videantur.

De originalis peccati transfusione. VI.

Modus autem traductionis hic est: quia licet anima non sit ex traduce, originalis tamen culpa ab anima Adae transit ad animas posterorum mediante carne per concupiscentiam generata. Sicut enim quia ab anima peccante infecta fuit caro Adae et poena effecta ad libidinem, sic per libidinem seminata et secum trahens infectionem vitiosam inficit et vitiat animam, quae quidem infectio in anima non tantum est poena, verum etiam culpa. Et sic primo corrupit naturam, et natura corrupta corrupit personam, salva in omnibus divina iustitia, cum nullo modo pereat imputabilis infectio animae, licet eam creando infundat et infundendo uniat cum carne infecta. Ratio autem ad intelligentiam praedictorum haec est: quia cum primum principium hominem fecerit ad suam imaginem propter suam ipsius expressionem, sic condidit eum ex parte corporis, ut omnes homines propagaret ab uno homine tanquam uno radicali principio; sic ex parte animae, ut propter expressam similitudinem sui in essendo et durando, intelligendo et amando immediate emanaret omnes spiritus rationales ab ipso Deo tanquam a principio immediato. Et quoniam spiritus tanquam excellentior magis accedit ad primum principium, sic condidit Deus hominem, ut spiritus corpori praeesset et corpus subesset spiritui creato, quamdiu ille subesset spiritui increato; et eo sic spiritu non obediente Deo, iusto iudicio Dei corpus suum incepit rebellare sibi, quod et factum est cum Adam peccavit. Sicut ergo si Adam stetisset, corpus suum obediens spiritui esset et tale ad posteros transmitteret, et Deus animam illi infunderet, ita quod unita corpori immortali et sibi obedienti haberet ordinem iustitiae et immunitatem omnis poenae; sic ex quo Adam peccavit et caro facta est rebellis spiritui, oportet quod talem ad posteros transmittat, et quod Deus animam infundat secundum institutionem primariam. Anima vero cum unitur carni rebelli, incurrit defectum naturalis ordinis iustitiae, quo debebat omnibus inferioribus imperare. Et quia anima coniuncta est, oportet quod ipsam trahat vel trahatur ab ipsa; et quia ipsam non potest trahere tanquam rebellem, necesse est ut ab ipsa trahatur, et incurrit morbum concupiscentiae. Ex quibus duobus tanquam ex carentia et conversione dicitur integraliter, secundum Augustinum et Anselmum, originale peccatum. Quoniam ergo ordinatissimum est quod natura humana sic conderetur et quod condita sic propagaretur et quod peccans sic puniretur, sicut praedictum est, prima quia in conditione fuit ordo sapientiae, in propagatione ordo naturae, in punitione ordo iustitiae; patet igitur quod non est contra divinam iustitiam, si ad posteros transmittitur culpa. Rursus, quia culpa originalis in anima transfundi non posset, nisi poena rebellionis in carne praecederet, et poena non esset nisi culpa praecessisset, nec culpa praecessit a voluntate ordinata, sed inordinata, ac per hoc non a voluntate divina, sed a voluntate humana; patet igitur quod originalis culpae transfusio est a peccato primi hominis, non a Deo, nec ab anima condita, sed a vitio proprio. Et sic verum est quod dicit Augustinus, quod peccatum originale non transmittitur ad posteros propagatione, sed libido.

De originalis peccati curatione. VII.

Postremo modus curationis originalis hic est: quod sic curatur culpa, quod tamen remanet temporalis poena. Sicut patet in parvulis baptizatis, sic curatur quantum ad reatum poenae aeternae, quod remanet quantum ad actum et motum concupiscentiae. Sic curatur in parente, quod nihilominus ab eo qui curatus est per baptismum transmittitur in prolem originale peccatum. Sic tollitur originalis peccati macula, quod remanet sequela, et quod oportet pugnare, quamdiu vivimus in hac vita, quia in nullo penitus extinguitur concupiscentia per gratiam

esse, quod dico propter Virginem, in qua in conceptione Filii Dei extinctus fuit per privilegium
singulare. Ratio autem ad intelligentiam praedictorum haec est: quia sicut infectio origi-
nalis in omnes a primis parentibus, a quo fit propagatio corporum, et haec a parte
infectionis, scilicet carnis, sic curatio fieri habet a primo increato, a quo fit infu-
sio animarum, et haec a parte sanationis, scilicet mentis. Quoniam igitur ex parte mentis distinc-
tio est in hominibus, in quantum scilicet illam non propagat unus ab altero, sed immediate
exit a Deo, gratia curativa mentis infusa respicit unumquemque in quan-
tum est persona singularis et individua, non in quantum est persona producta, sed
ut est natura. Quia igitur originale est morbus infectivus personae primo et naturae primo in
vero naturae in carne, ideo sic curatur macula originalis in mente, quod remanet in
fomite concupiscentia in carne. Et quia homo generat non secundum quod curatur in mente, sed
secundum quod corrumpitur in carne, non secundum quod spiritualis, sed secundum quod carnalis, hinc est quod quam-
vis sit baptizatus et sit ab originali mundatus in se, transmittit tamen originale
in prolem. Rursus quia reatus poenae aeternae respicit deformitatem mentis,
et poena mortis respicit condemnationem carnis contrahendae, ideo transit originale
quantum ad reatum et remanet quantum ad actum. Postremo quia poenalis afflictio
conditionem respicit ex parte carnis, cum caro remaneat semper subiecta conditioni
infectionis, remanet vero semper subiecta poenalitati, et ideo sicut poenalitas
a carne et corruptio non aufertur penitus, sic sequela illa fomitis, concupiscentia et
languor membrorum, simul perstare cum gratia curativa, et ideo quamvis pau-
latim minuatur, quia tamen radicitus non tollitur, numquam omnino aufertur in viatore
nisi in Virgine per privilegium singulare. Quia enim Virgo concepit eum qui erat expiativus omnis
culpae, ideo data fuit sibi gratia qua extincta fuit in ea radicitus omnis concu-
piscentia, ad concipiendum Dei Filium absque omni peccati labe et corruptela. VIII.

De origine peccatorum actualium

Postquam dictum est de traductione originalis,
dicenda sunt aliqua de origine peccati actualis. De ortu igitur peccati actualis
haec tenenda sunt in summa: quod actuale peccatum originem trahit a libera voluntate
in unoquoque per suggestionem, delectationem, consensum et operationem, secundum illud Iac.
I: Unusquisque tentatur a concupiscentia sua etc. Si autem suggestio et de-
lectatio sistat citra consensum, peccatum est veniale. Si vero sequatur consensus
et opus in his quae divina lege prohibita sunt, peccatum est mortale consummatum; quod
si medio modo sit, ut consensus sit sine opere, cum quis in opus vult pro-
cedere, sed non potest, tunc voluntas reputatur pro facto, nec minus culpabilis
est quam si ipso facto deprehenderetur. Cum quis non vult in opus procedere, sed vult
inhaerere voluptati in delectatione, et tunc manducat mulier, licet non
vir. Et licet non sit peccatum plene consummatum, est tamen inter mortalia computandum,
quia muliere manducante totus homo damnari meretur, quod maxime intelligi
habet in peccatis carnalibus. Ratio autem ad intelligentiam praedictorum haec est: quia cum peccatum
dicat recessum voluntatis a primo principio, in quantum voluntas nata est agi, id est duci ab
ipso, et secundum ipsum et propter ipsum, et peccatum est inordinatio mentis sive volunta-
tis, circa quod nata sunt esse virtus et vitium, peccatum igitur actuale est actu-
alis inordinatio voluntatis. Inordinatio autem ista aut est tanta quod ordinem iustitiae exter-
minat, et hoc modo dicitur mortale peccatum, quia natum est auferre vitam separan-
do ipsam a Deo per quem vivificatur anima iusta; aut tam modica est quod ordinem
illum non perimit, sed in aliquo perturbat, et tunc dicitur veniale peccatum, quia de ipso
cito potest veniam adipisci, pro eo quod propter ipsum non tollit gratiam nec incurrit
inimicitiam divinam. Ordo autem iustitiae est ut bonum incommutabile praeferatur
bono commutabili, et bonum honestum praeferatur utili, et voluntas Dei praeferatur
voluntati propriae, et iudicium rationis rectae praesit sensualitati. Et quia lex divina
iustitiae ordinem praecipit, et aliud vetat, scilicet oppositum, quando bonum commu-
tabile praefertur aeterno, et bonum utile praefertur honesto, et voluntas nostra praefertur di-
vinae, et sensualis appetitus praefertur rationi rectae, tunc committitur mortale
peccatum, de quo dicit Ambrosius quod est praevaricatio legis divinae et caelestium inob-
oedientia praeceptorum vel mandatorum. Hoc autem committitur sive committitur illud quod lex
praecipit, sive fiat in quo prohibetur, ex quo oritur duplex genus peccati, scilicet de-
licti et peccati. Cum vero bonum commutabile plus debito diligi-
tur, non praefertur incommutabili, et utilitas non praefertur honestati, et volun-
tas nostra plus debito amatur, ita tamen quod non praefertur divinae, et
caro concupiscit, nec tamen praefertur iudicio rationis rectae, tunc non
est mortale, sed veniale, quia licet hoc sit praeter legem, non tamen direc-
te est contra legem. Sensualis autem appetitus non praefertur rationi rectae, nisi quan-
do ei consentit, et ideo peccatum mortale non committit citra consensum;
si tamen sensualitas inordinate moveatur, cum illa inordinatio
ad malum inclinet, licet ratio non consentiat, peccatum est aliquod, quia aliquantulum
laeditur iustitiae ordinem. Et quia in statu innocentiae non movebatur sensualitas
nisi secundum rationis motum, ideo stante homine non poterat ibi esse veniale
peccatum. Nunc autem quia rationi repugnat sensualitas velimus nolimus, ideo nec
est homini non committere aliquod veniale peccatum propter primos motus, quod et si par-
ticulariter possit et singulariter declinari, omnes tamen nullo modo praesentis
casu, quia sic est poena quod sit etiam paene peccata, et ideo merito dicuntur venialia peccata,
quia de ipso digna sunt venia. Verum quia ideo huius consensus non compellit,
si post consensum delectationis consentiat in opus, tunc est plenus consensus ac prohibiti
peccati consummativus, quia pervenit usque ad verum, id est usque ad supremam rationis
partem, ex qua pendet plenitudo consensus. Quia vero non solum consensus in opus,
verum etiam in delectatione consensus est, in qua inferior portio sequitur sensualitatem,
ideo si in delectatione sensuali ratio sensualitati succumbat, et mulier
serpenti obedit, ac per hoc fit subversio ordinis recti, et sic subversio
iustitiae propter hoc committitur peccatum mortale, licet minus grave, quod non so-
lum imputatur mulieri, sed etiam viro, a quo mulier debuit compesci
et cohiberi ne obtemperaret serpenti. Et sic patet quod in perpetratione
omnis peccati actualis sit aliqualis imitatio primi peccati, secundum quod explana-
tur a doctoribus praecipue, scilicet Augustino XII De Trinitate.

De origine et distinctione capitalium IX.

Consequenter descendendum est
ad ortum peccatorum in speciali, scilicet quomodo quaedam sunt capitalia, et quaedam
venialia, quaedam finalia sive irremissibilia, quantum ad prima, media
et postrema. Circa ortum capitalium peccatorum haec in summa tenenda sunt
dicenda est, quod peccatorum actualium unum est initium, duplex radix, triplex
fomentum, septiforme caput sive capitale peccatum. Unum est
initium, scilicet superbia, ut quod scriptum est: Initium omnis peccati superbia;
duplex radix, scilicet timor male humilians et amor male ac-
cendens; triplex fomentum secundum tria quae sunt in mundo, scilicet concupiscentia car-
nis, concupiscentia oculorum et superbia vitae; septiforme autem caput,
scilicet superbia, invidia, ira, acedia, avaritia, gula, luxuria, inter quae
quinque praecedentia sunt peccata spiritualia, duo vero ultima sunt carnalia.
Ratio autem ad intelligentiam praedictorum haec est: quia cum peccatum mortale
sit actualis recessus a primo principio, recessus autem a primo principio non
potest esse nisi per contemptum ipsius, vel in se ipso vel in suo praecepto;
contemptus autem principii primi sit superbia. Necesse est igitur quod omnis
mortalis culpa seu offensa initium sumat a superbia. Quia
vero nullus contemnit primum principium vel eius praeceptum per se, nisi propter hoc
quod aliquid ab ipso vel vult acquirere vel timet perdere, hinc est
quod necesse est omne peccatum actuale originem trahere a duplici radi-
ce, scilicet timoris et amoris, quae radices sunt malorum, licet non
aeque primae. Nam omnis timor ortum habet ab amore. Nullus
enim timet aliquid perdere nisi quia illud amat habere. Et ideo timor peccati
fomentum habet per quod fovetur amor. Amor autem inordinatus recedens ab
incommutabili bono, et quoniam illud est triplex, interius scilicet excellentia, ex-
terius pecunia, inferius carnis lascivia, hinc est quod necesse est.

quia ista sunt peccatorum actualium radicalia fomenta, quae septem principalia sunt, ad quae omnis anima inordinate fertur, omnia peccata actualia oriuntur. Et quia haec sunt praeceptiformi modo, ideo septem sunt peccata capitalia, ex quibus generatur universitas vitiorum. Voluntas enim nostra aut deordinatur quia appetit quod non est appetendum, aut quia refugit quod non est fugiendum. Si quia appetit quod non est appetendum, vel pro parte boni veri vel non veri, seu commutabile seu apparens bonum, aut est interius, et sic est privata excellentia, quam amat superbia; aut exterius, et sic est sufficientia, quam amat avaritia; aut inferius, et sic aut delectabile quia ad conservationem individui, et sic alimentum, quod est delectabile secundum gustum, et appetitur a gula; aut quia ad conservationem speciei, et sic coitus, qui est delectabilis secundum tactum, et appetitur a luxuria. Si autem voluntas deordinatur quia refugit quod non est refugiendum, hoc potest esse dupliciter, secundum duplicem modum refugiendi: aut est refugium secundum praecisum instinctum irascibilis, et sic est invidia; aut secundum instinctum concupiscibilis, et sic acedia. Unde quia quattuor sunt principalia appetibilia et tres motus secundum quos instinctus est omnis fuga, ideo septem sunt peccata capitalia. Rursus, quia sensus appetibilis est cum delectatione, sensus autem fugiendae rei cum dolore, hinc est quod quattuor habent coniunctam laetitiam, tria vero alia habent adiunctam tristitiam. Et propterea etiam tamen dicuntur capitalia, quia deordinationes sunt principales et multarum aliarum deordinationum principia suo modo influentia. Unde licet quaedam ex his principaliter fugam respiciant, habent tamen et ipsa delectabilia sua. Nam invidia vult privatum bonum possidere sine socio, et ita intelligitur una sine omnio(?), et ita ipsa stabilitur; acedia sine labore aliquo, et ita infatigabiliter. Et quia hoc non de facili optinetur, ideo magis certum sequuntur traditum(?) vitiorum ad haec quae appetunt excogitanda, vel ad ea quae respiciunt declinanda, respectu quorum dicuntur peccata capitalia, quasi capita ex quibus alia manant.

De origine et qualitate peccatorum venialium. x.

De peccatis autem venialibus hoc tenendum est, quod licet malum culpae et malum poenae sint diversae malorum differentiae, quaedam tamen sic sunt peccata quod et sunt poenae peccati. Spiritualia namque in peccato et poena peccati dicuntur illa quae habent adiunctum dolorem et maestitiam, sicut invidia et acedia et consimilia; carnalia dicuntur illa quae habent adiunctam et inclinationem depravationem naturae vel ignominiam, sicut sunt illa ad quae dicuntur peccatorum temporibus(?) sessum(?) tradi. Generaliter autem peccata quae sunt inter primam apostasiam et ultimam poenam gehennae et peccata dici possunt et poenae peccati, iuxta quod dicit Gregorius: Crimina criminibus vindicat. Licet autem idem dicatur peccatum et poena peccati, tenendum tamen est quod omnis poena in quantum poena iusta est et a Deo; nulla vero culpa iusta nec a Deo, sed tamen a libero voluntatis arbitrio. Poena vero quae mere poena est a Deo est inflicta; quae vero est culpa seu inclinans ad culpam est ordinata vel acta. Ratio autem ad intelligentiam praedictorum haec est, quia cum malum dicat recessum a primo principio per hoc quod nocet bono, non nocet autem nisi adimendo aliquid de bono; bonum autem consistit in modo, specie et ordine; nullum est malum quod non sit corruptivum modi, speciei et ordinis. Ordo autem duplex est: ordo naturae et ordo iustitiae. Ordo naturae est in bono naturali, ordo iustitiae in bono morali. Et quia bonum naturale in omni natura est, bonum morale in voluntate, ideo ordo naturae in omni natura est; ordo vero iustitiae in electiva voluntatis habet consistere. Et quia voluntas est instrumentum seipsum movens, natura vero minime, hinc est quod ordo iustitiae est ordo non tantum factus sed et factivus; ordo vero naturae est ordo factus. Cum igitur malum privat per ordinem iustitiae et ordinem naturae, hinc est quod duplex est malum, scilicet culpae et poenae. Rursus quia ordo iustitiae est voluntarii, hinc est quod malum culpae est affectio voluntaria, malum autem poenae affectio involuntaria. Postremo quia ordo iustitiae voluntatis est ordo factivus, ideo malum culpae, quod est eius privatio, est malum quod facimus, et malum poenae est malum quod patimur. Et quia passio non est nisi naturaliter praecedat actio, nec actio ad quam non sequatur aliqua passio, hinc est quod nulla est poena sine aliqua praecedente merito culpae, nulla est culpa quin committat aliquam poenam. Et quoniam quod facimus est a nobis, quod patimur potest esse a nobis et ab aliis, vel potentia superiori vel inferiori, ideo licet omnis culpa sit a nobis, non tamen omnis poena a nobis, immo quaedam a nobis acta, quaedam inflicta, quaedam concreata. Et quia eum qui facit quod non debet iustum est pati quod debet, ideo omnis poena in quantum poena iusta est, et a divina providentia, quia ordinata ad culpam et ipsi culpae ordinatam. Quia vero passio illa potest esse privatio boni naturalis vel boni moralis cum naturali, hinc est quod quaedam poena est mere poena, quaedam vero est poena et culpa. Quia bonum morale, quod est iustitiae, non admittitur nisi per iniustitiam quae est culpa, propterea poena est a Deo, secundum id quod est et secundum quod poena est, a Deo in quantum non instituente sed iudicante; secundum vero quod sit culpa, secundum id quod est a Deo non est, sed solum quantum ad ordinem; ipsa vero vel est acta si sequitur ad actuale, vel est concreata si sequitur ad originale. Si igitur proprie accipiatur malum secundum quod est privatio boni naturalis et affectio involuntaria, et malum quod patimur tunc, sic non coincidit cum malo culpae in idem, licet sit annexum eidem. Si autem large ut dicatur malum quod patimur sive a nobis sive ab alio, sive in natura sive in voluntate, sic coincidit in idem, si non ad idem vel secundum idem, quia quod est culpa est, dicitur poena praecedentis vel culpa ... actionis, poena dicitur esse passionis. Et sic patet quomodo peccatum et quale et quid, ad simul dicatur peccatum et poena peccati.

De origine peccatorum finalium, quae sunt peccatum in spiritum sanctum. xi.

De peccatis autem finalibus sive irremissibilibus, cuiusmodi sunt peccata in spiritum sanctum, haec tenenda sunt, quod licet omne peccatum generaliter sit contra Deum trinum et unum, appropriate tamen dicitur peccatum esse aliquod in patrem, aliquod in filium, aliquod in spiritum sanctum. Hoc autem peccatum in spiritum sanctum irremissibile dicitur in hoc saeculo et in futuro, non quia in hoc saeculo non possit dimitti, sed quia raro dimittitur aut vix in hoc saeculo quantum ad culpam, modice autem et quasi nihil fiet sibi remissio quantum ad poenam in futuro. Huius autem peccati sex sunt differentiae, scilicet invidia fraternae gratiae, impugnatio veritatis agnitae, desperatio, praesumptio, obstinatio mentis et impoenitentia finalis. Ratio autem ad intelligentiam praedictorum haec est, quia cum peccatum dicat recessum a primo principio et summo, cum peccatum imaginem trinitatis deformat et ipsam animam foedat quantum ad triplicem potentiam, scilicet rationalem, irascibilem et concupiscibilem, et liberum arbitrium praecedit, quod gerit in se insignia trinitatis, patris scilicet facultatis, filii rationis, spiritus sancti voluntatis; licet autem haec tria concurrunt simul ad omnem culpam, quibus tamen haec per suum defectum possunt esse radix deordinationis aliis; defectus autem circa facultatem est impotentia, circa rationem est ignorantia, circa voluntatem est malitia. Et hinc est quod quaedam sunt peccata ex impotentia, quaedam ex ignorantia, quaedam ex malitia. Et potentia attribuitur patri, sapientia filio, voluntas spiritui sancto, quod quaedam dicuntur esse in patrem, quaedam in filium, quaedam in spiritum sanctum. Et quoniam nihil magis est in voluntate quam ipsa voluntas, et voluntas ipsa est origo peccati, nullum peccatum est adeo voluntarium et mentale sicut est illud quod provenit ex corruptione certa in voluntate. Cumque duplex dicatur involuntarium, scilicet per violentiam et per ignorantiam, primum procedit ex potentia, secundum ex sententia(?); quando voluntas sola corruptione sua licet possit resistere et sciat hoc malum esse ad eligendum, tenet peccare ex certa malitia; et tale peccatum mentale procedit ex implicitate voluntatis liberi arbitrii et ducere impugnatione gratiae spiritus sancti. Et quia mentaliter procedit ex libertate arbitrii, ideo non habet colorem excusationis, et ipsam moderantia(?) et quasi nihil dicit circa quod puniat de culpa relaxari(?). Contra vero ducere impugnatione gratiam spiritus sancti, per quam fit remissio peccati, ideo dicitur irremissibile, non quia nullo modo possit remitti, sed quia quantum est de se dicitur est impugnativum medicaminis et remedii per

quod sibi habet remissio peccati. Et quoniam peccati remissio fit a deo per gratiam principalem in te coe unitate, ideo dicitur hoc peccatum accipiunt, scilicet quod directe impugnat illa tria. Aut est impugnatio ipsius gratie principalis in se, aut in comparatione ad deum a quo datur, aut in comparatione ad eum in quo suscipitur. Si in comparatione ad unitatem ecclesie, sic, quia unitas ecclesie consistit in fide et caritate, sive in gratia et veritate, sic est duplex peccatum, scilicet invidia fraterne gratie et impugnatio veritatis agnite. Si in comparatione ad deum dantem, cum universe vie eius que ad iustificationem maxime sint misericordia et veritas, sic est duplex peccatum: unum quod impugnat misericordiam, et hoc est desperatio; aliud quod impugnat iustitiam, et hoc est impunitatis presumptio. Si vero impugnat ipsam gratiam principalem in se, sic est duplex: quia gratia principalis facit resilire a commissis et precavere a committendis. Contra primum est obstinatio mentis, contra secundum est impenitentia finalis, secundum quod finalis impenitentia dicitur propositum non penitendi. Sic enim sunt sex species peccati in spiritum sanctum. Secundum autem quod finalis impenitentia dicitur continuatio peccati usque in finem, sic est sequela omnium mortalium que in hac vita non remittuntur, et maxime omnium sex predictorum, id est in spiritum sanctum. Et sic omne peccatum initium sumit a superbia et consummationem suam finem habet in finali impenitentia, in qua qui perierit corruet in gehennam, a qua nullus peccans mortaliter potest liberari nisi dum vivit peniteat, adiuvante et interveniente gratia mediatoris nostri, cui est omnis honor et gloria in secula seculorum. Amen.

Explicit liber iii de corruptela peccati. Incipit liber iiii. De incarnatione verbi. Quod decuit vel debuit incarnari.

Postquam aliqua predicta sunt de trinitate dei, de creatura mundi, .i. et de corruptela peccati, restat nunc aliqua breviter dicere de incarnatione verbi, per quod quidem verbum incarnatum facta est salus et reparatio generis humani; non quia deus aliter genus humanum non potuit liberare, sed quia nullus modus erat ita congruus et conveniens ipsi reparatori et reparabili et reparationi. Ratio autem ad intelligentiam predictorum hec est: quia cum primum effectivum rerum non potuit nec decuit esse nisi deum, et non minus sit res conditas reparare quam in esse producere, sicut non minus est bene esse quam simpliciter esse, decentissimum fuit rerum principium reparativum esse deum summum; ut sicut omnia creaverat per verbum increatum, sic omnia curaret per verbum incarnatum. Quoniam igitur deus sic fecit potenter, sapienter et optime seu benivolenter, decuit ut sic repararet quod potentiam, sapientiam et benivolentiam ostenderet. Quid autem est potentius quam coniungere extrema summe distantia in unam personam? Quid sapientius et congruentius quam quod ad perfectionem totius universi fieret coniunctio primi et ultimi, verbi scilicet dei, quod est omnium principium, et humane nature, que fuit ultima omnium creaturarum? Quid benivolentius quam quod dominus propter servi salutem accipiat formam servi? Immo hoc tante benignitatis est ut nichil clementius, nichil benignius, nil amicabilius cogitari possit. Convenientissimus igitur erat huiusmodi modus deo reparatori, per quem commendatur divina potentia, sapientia et benivolentia. Rursus quia homo cadens in culpam avertit se et recessit a principio potentissimo, sapientissimo et benignissimo, ideo corruit in infirmitatem, ignorantiam et malignitatem, ac per hoc de spiritualis effectus carnalis, animalis et sensualis, ideo ineptus ad divinam virtutem imitandam, ad lucem cognoscendam, ad bonitatem diligendam. Ad hoc igitur quod homo ab isto statu repararetur, congruentissimum fuit ut ei condescenderet primum principium, reddendo se illi noscibile, amabile et imitabile. Et quia homo carnalis, animalis et sensualis non noverat nec amabat nec sequebatur nisi sibi proportionalia et consimilia, ideo ad eripiendum hominem de hoc statu verbum caro factum est, ut ab homine qui caro erat et cognosci posset et amari, ac per hoc et homo deum cognoscens et amans et imitans remediaretur a morbo peccati. Postremo quia homo perfecte reparari non poterat nisi recuperaret mentis innocentiam, dei amicitiam, suam excellentiam, qua soli deo subiacebat, et hoc non poterat fieri nisi per deum in forma servi, ideo congruum fuit verbum incarnari. Excellentiam namque recuperare non poterat nisi reparator esset deus, quia si mera creatura reparasset, tunc homo esset subiectus mere creature, et sic non recuperaret statum excellentie. Amicitiam dei recuperare non poterat nisi per mediatorem convenientem, qui manum posset ponere in utrumque et utrique parti conformis et utrique amicus esset; et ideo sic similis deo per divinitatem, sic similis homini per humanitatem. Innocentiam recuperare non poterat nisi dimissa culpa, quam dimittere non decebat divinam iustitiam nisi per satisfactionem condignam. Et quia satisfacere non poterat nisi deus pro toto humano genere, nec debebat nisi homo qui peccaverat, ideo congruentissimum fuit humanum genus reparari per deum hominem natum de genere Ade. Cum igitur excellentia recuperari non poterat nisi per reparatorem excellentissimum, nec amicitia reformari poterat nisi per mediatorem amicabilissimum, nec innocentia reacquiri poterat nisi per satisfactorem sufficientissimum; excellentissimus autem reparator non est nisi sit deus, amicabilissimus mediator non est nisi sit homo, sufficientissimus satisfactor non est nisi pariter sit deus et homo: congruentissimum fuit nostre reparationi incarnatio verbi, ut sicut genus humanum in esse exivit per verbum increatum, et in culpam cecidit deserendo verbum inspiratum, sic a culpa resurgeret per verbum incarnatum.

De incarnatione quantum ad unionem.

Circa verbum incarnatum tria sunt consideranda: unio naturarum, plenitudo charismatum et perpessio passionum pro redemptione generis humani. Circa unionem hec tria consideranda sunt ad intelligentiam incarnationis mysterium, scilicet opus, modus et terminus. De opere autem hec tenenda sunt secundum fidem christianam, quod incarnatio est operatio trinitatis, per quam fit assumptio carnis a deitate et unio deitatis cum carne, ita quod assumptio non tantum est carnis sensibilis, sed etiam spiritus rationalis, secundum potentiam vegetandi, sentiendi et intelligendi; ita etiam quod unio sit in unitate non nature sed persone, non humane sed divine, non assumpte sed assumentis, non persone cuiuslibet sed solius verbi; in qua tanta fit unio ut quicquid dicitur de filio dei dicatur de filio hominis et econverso, hiis tamen exceptis in quibus exprimitur unio vel claudit negatio. Ratio autem ad intelligentiam predictorum hec est: quia incarnationis opus non solum est a primo principio in quantum est effectivum in producendo, verum etiam in quantum reparativum remediando, satisfaciendo et reconciliando. Cum igitur incarnatio in quantum dicit aliquem effectum a primo principio, quod omnia faciente summe virtualiter, et sua virtus et operatio unita est et indivisa omnimode in tribus personis, hinc est quod necesse est incarnationis operationem a tota trinitate manare. Quia vero est a primo principio in quantum est reparativum remediando, et totum genus humanum lapsum fuerat et vitiatum non solum ratione anime verum etiam carnis, hinc est quod necesse fuit quod totum assumeret ut totum curaret. Et quoniam nobis magis nota est species carnis et magis a deo distabat, ut expressior fieret notitia et maior exprimeretur humiliatio et profundior explicaretur dignatio, hinc est quod opus illud non assumptio sed incarnatio nominatur. Rursus quia est a primo principio in quantum reparativum est satisfaciendo, et satisfactio non fit nisi ab eo qui debet et potest, et non debet nisi homo et non potest nisi deus, oportuit quod in satisfactore simul esset concursus utriusque nature, scilicet divine et humane. Et quia impossibile est quod divina natura concurrat cum alia sicut pars ad constitutionem totius, nec quod ipsa transeat in aliam naturam, nec alia natura transeat in ipsam, propter simplicitatem et immutabilitatem ipsius perfectissimam, hinc est quod deitas et humanitas non uniuntur in unitate nature nec accidentis; unitur igitur in unitate hypostasis. Et quoniam divina natura in nullo supposito potest subsistere preterquam in propria hypostasi, ideo unio illa non potest esse nisi in hypostasi seu persona non hominis sed dei, ac per hoc per illam unionem primum principium in unam suam

compositum fecit secundum suppositum humanae naturae. Et ita tamen est in pluralitas, plus scilicet ex parte assumentis. Postremo quia est a primo principio reparante reconciliando, et reconcilians est mediator, mediator autem ipse convenit Dei filio tantum et incarnato mediationis ratione. Nam quia est esse medium inter hominem et Deum ad reducendum hominem ad divinam cognitionem, ad divinam conformitatem et ad summam filiationem, nullum autem magis decet esse medium quam personam quae producitur et producit, quae est media trium personarum; nullumque magis decet reducere ad divinam cognitionem quam Verbum quo se Pater declarat, quod est unibile carni sicut et vox; nullumque Verbum magis reducere decet ad conformitatem quam eum qui est imago Patris; nullumque magis ad filiationem adoptivam quam Filium naturalem. Ac per hoc nullum magis decet fieri filium hominis quam ipsum Filium Dei. Cum igitur tunc omnino est filius hominis et Dei, ratione incarnationis, et cum quaeque unius et idem sit eadem in se, hinc est quod ratione fit communicatio idiomatum, nisi sit vocabulum in quo aliqua rei ignorantia includatur, sicut sunt illa in quibus ratio unionis unius naturae ad alteram, sicut unire, incarnari, assumere, assumi; vel negationem, quae est oppositum alterius competit, sicut incipere esse, creari et consimilia, in quibus cautela fieri debet secundum regulas praedictas propter causam praedictam. De unione quantum ad modum. iij.

De modo incarnationis hoc tenendum est, quod angelo annuntiante virgini mysterium incarnationis perficiendum in ipsa, virgo credidit, appetiit et consensit; Spiritus sanctus in eam supervenit ad sanctificandum et fecundandum. Et virtute virgo concepit Dei filium, quem peperit virgo, et post partum virgo permansit. Concepit autem non solum carnem, verum etiam carnem animatam et Verbo unitam, nulli peccato obnoxiam, sed omnino sanctam et immaculatam; ideo et eius dicitur mater Dei, et est virgo mater. Ratio autem ad intelligentiam praedictorum haec est: quia incarnatio est opus manans a primo principio, in quantum est reparativum modo congruentissimo, communissimo et completissimo, decet enim eius sapientiam operari congrue, largitatem communicare et virtutem operari perfecte. Quia igitur est a primo principio reparante modo congruentissimo, et congruus modus est quod medicina ex opposito curat morbo, et reparatio lapsui, et remedium nocumento; cum generis humani lapsus fuerit prava suggestione et consensu mulieris deceptae et propagatione concupiscentialiter transfundente originale in prolem, oportuit quod e contrario hic esset angelus bonus suadens bonum, et virgo credens et consentiens in bonum suasum, et caritas Spiritus sancti sanctificans et fecundans ad conceptum immaculatum, ut sic contraria contrariis curarentur. Ac per hoc sicut mulier prava decepta et per virum concupiscentialiter cognita et corrupta transfudit in omnes culpam, morbum et mortem; sic virgo per angelum erudita et per Spiritum sanctum sanctificata et fecundata, absque omni corruptione tam mentis quam corporis, prolem generaret, quae omnibus credentibus daret gratiam, salutem et vitam. Rursus, quia incarnatio est a primo principio reparante modo communissimo, ita per Verbum incarnatum reparatur lapsus bonorum angelorum, utpote caelestium et terrestrium, id est hominum lapsus reparatur; sed utrumque secum ut medicamentum sit commune omnibus, decentissimum fuit quod ad incarnationis mysterium fieret concursus angeli, mulieris et viri: angeli ut denuntiatoris, mulieris ut concipientis, viri ut concepti. Propterea ut sic angelus Gabriel esset nuntius Patris aeterni, virgo immaculata esset templum Spiritus sancti, proles concepta esset ipsum Verbum; ut in omni reparatione omnium fieret communis concursus de triplici natura, scilicet divina, angelica et humana, ad insinuandum non solum trinitatem Dei, verum etiam generalitatem beneficii et liberalitatem reparatoris summi. Et quoniam liberalitas Spiritui sancto appropriatur et sanctificatio virginis, in qua peracta fuit Verbi conceptio, hinc est quod licet opus illud sit a tota trinitate, per appropriationem tamen dicitur virgo concepisse de Spiritu sancto. Postremo quoniam est a primo principio reparante modo completissimo, hinc est quod in conceptione completio debita fuit in prole, fuit in conceptu, fuit et in virtute concipiente. Quia enim completio debita debuit esse in prole, hinc est quod in ipso instanti conceptionis non tantum fuit seminis decisio, verum etiam consolidatio, configuratio, vivificatio, parata deificatio per divinitatem unitam; ut sic virgo Dei filium vere conciperet per unionem carnis ad divinitatem mediante spiritu rationali, per quem tanquam per medium congruentiae caro idonea erat ad unionem. Quia enim completio debita debuit esse in conceptu, cum ex quatuor modis tres modi producendi praecessissent: primus non de viro nec de muliere, sicut Adam; secundus de viro sine muliere, sicut Eva; tertius de muliere et viro, sicut in omnibus concupiscentialiter generatis; decuit ad complementum universi quartum modum induci, quod esset de muliere sine viro, sicut erat per virtutem operationis summi. Quia vero completio debuit esse in virtute concipiente, hinc est quod in conceptione filii Dei simul occurrit virtus increata, virtus infusa et virtus creata: virtus increata naturam superans, virtus infusa segregando purificans, virtus creata subito perficiens, quae non poterant a virtute creata nisi successive fieri. Et sic virgo mater fuit completissimo modo ipsum Dei filium concipiendo absque viro, fecundante Spiritu sancto. Quia enim in mente virginis amor Spiritus sancti singulariter ardebat, ideo in carne eius virtus Spiritus sancti mirabilia faciebat, gratia Spiritus sancti praeveniente, promovente, adiuvante, elevante naturam, ut conceptus ille mirabiliter congelaret. De incarnatione quantum ad plenitudinem temporum iiij.

De tempore vero incarnationis hoc tenendum est, quod licet Deus a principio potuit incarnari, noluit tamen nisi in fine saeculorum, praecedente lege naturae et lege figurae, post patriarchas et prophetas, quibus et per quos fuit incarnatio repromissa; propterea incarnatio dicitur esse tanquam in fine temporum et plenitudine, unde quod dicit Apostolus: Ubi venit plenitudo temporis, misit etc. Ratio autem ad intelligentiam praedictorum haec est: quia incarnatio est opus primi principii reparantis, unde quod decet et convenit secundum libertatem arbitrii, secundum sublimitatem remedii et secundum integritatem universi. Nam sapientissimus artifex in agendo omnia haec attendit. Quia igitur libertas arbitrii hoc requirit, ut ad nihilum trahatur invita, sic debuit Deus genus humanum reparare, ut salutem inveniret qui vellet quaerere salvatorem, qui vero nollet salvatorem quaerere non per consequens salutem inveniret. Nullus autem quaerit medicum nisi recognoscat morbum; nullus autem quaerit doctorem nisi recognoscat se ignorantem; nullus autem quaerit adiutorem nisi recognoscat se impotentem. Quia igitur homo in primo lapsu adhuc superbiebat de scientia et virtute, ideo permisit Deus tempus legis naturae, in quo convinceretur de ignorantia; et postquam cognita ignorantia, sed manente superbia de virtute, dicebat: Non deest qui faciat, sed deest qui iubeat; addita est lex praeceptis moralibus erudiens et caeremonialibus aggravans, ut homo scientia cognita impotentia confugeret ad divinam misericordiam et gratiam postulandam, quae data est nobis in adventu Christi. Ideo post legem naturae et scripturae statim debuit incarnatio venire. Rursus quia sublimitas remedii requirit ut credatur fide firmissima et ametur caritate ardentissima, tanquam mysterium secretissimum et saluberrimum, ideo congruentissimum fuit ut ante Christi adventum praecederent multa testimonia prophetarum explicata in verbis, quam in figuris implicata, ut multis et variis testimoniis quod erat secretum fieret certum et indubitabile ad credendum; praecederent etiam multiplicia promissa et ardentissima desideria, ut promissum beneficium expectaretur, expectatum differretur, dilatum amplius desideraretur, et diu desideratum ferventius amaretur, et gratiosius susciperetur, et sollicitius servaretur. Postremo quoniam integritas et perfectio universi requirit ut universitas sit ordinata quantum ad loca et tempora, et hoc opus incarnationis erat perfectissimum inter omnia opera divina, et processus debet esse ab imperfecto ad perfectum et econverso, hinc est quod opus illud debuit fieri in fine temporum, ut sicut primus homo, qui erat totius mundi sensibilis ornamentum, ultimo fuerat conditus.

s. vi die. ad totū mundi cōpletōem. sic scd̄s hō toci mūdi re
pati cōplenitur. In q pn̄. p. ung̃ cū ultio. s. ds cū hōīe fiet in fine
tpm. hec ē in vi. etate. q̄ etas apta. ad exerciciū sapie. et ad
cūatōe corpis. et ad trāsitum a statu laboris ad qetē. q ō cō
pett. vi etati decurs mundi. p incarnatōe filij dei. Qm g ad
uet tpi. fuit in tpi legis et grē. et in exhibitōe mūe repromisse
et in tpi etatis. vi. et h ō dicit plenitudo. q lex grē. iplet lege
scpte. et solutō pmissi. iplet pmissiōe et vi. etas rōe pfcōnis
senarij sonat iplenitudine. hic ē q in aduentu filij dei. dr ee ple
tudo tpm. n ppi q in ei aduentu tpe finat. s; q tpalia mistia
ipleat. hic at x n debuit venire in pn̄ tpis. q ei aduet nimis
fuiss festinus. sic n differe vs; in fine ultimu;. q fe nimium
ee tard. Decebat ē saluatōe; in tps morbi. et tps iudicij in me
dio. introduce tps remedij. Decebat mediatore qda mib; suo
pcede. qda seq. Decebat auctōre pfcm te se ostede. ē ee opor
tunitas credi ad bnuiu. et h ē in fine tpm. et in tmi. et appro
ximatōe. ad finale iudiciu; v ptimore iudicij stimulati. et p
spe pmij. attracti. et p pfcōe animati. vigorose. et pfcē. seq
m duce de vtute in vtute vs; q pueniam ad bnuiu felicitatis etne

De plenitudine grē q̄ qntū ad karismata in effectu. v.

P Ostq incorporat nb vbum incarnatu. q ad inuice narr. cōsi
derād ē. q ad plenitude carismatu spualui. Cen q pō ōsideāda
ē plei grē in affcu. dein plenitudo sapie in intellctu. et postrēo
plei mūij in ope. et effcu. De plei g grē in affectu in x. h te
nēda sc. q in xpo asin accepte fuit plei ois grē q ad g siglāis
p. et q ad grā; capitis. et q ad grā unionis. s q pg siglāis
p. huit ois culpe imunitate. et q ad actu;. et q ad posse. q
nec peccau. n potuit pc h. p grā unionis. digni est n tm
felicitate glē. vez & adoratōe latrie. q est cultē reuentie so
li deo debite. p grā vō capitis influit motum et sensu in um
vsos. q ad eum accedē. vl p fidē recta. vl p fidei sacra. sive
aduentū ei pcessit. siu fuerint subsecuti. na et q pibat. et q seq
bat clamabāt osanna filio dauid. Ro at ad intellia pdcōz hec
est. q repato ē op pm pncipij. s q ab ipo manat. sm liberalita
te. et ad ipm reformat. s; cōformitate. io o; q fiat p grā. et
deiformitate. grā ē. et manat a deo liberalit. et reddit hoie dei
fomē. Qm g repatio pn̄. pg repat. et ois res est plen. et pfca
in suo fote. et origine. q alibi necce est q in xpo. nro repatō. s. ē.
d. fuit ois grē plei. Et qm repatio pn̄. in repado. n tm redut
rōe pncipij. vez ē medij. et extremi. extremi qde in satisfaciendo
medij. in reconciliado. et pncipij tn influendo. io necce ē q in x. fue
rit plei grē rōe extremi satisfaciens. medij reconciliatis. et pncipij
sic influentis. Qm ig extremi ad satfacieds idoneū. necce est
ee deo placēs. ac p hoc ab omni pccō pfcē imune. et h n p ēe. n
p donū dic grē in aliq hoie. necce fuit pcere in xpo grā ipm sāsi
cāte. et ōfirmante. q vocam grām siglāis p. Rursus qm me
diū ad reconciliand ōcs n est. n hat in se vtrumq; nām; suiore. s. et
iferiore. adorabilē. et adoiuntē. et h n. nllomō p. n psume di
gnitā. et gnuita unione. io necce ē in x poere gra sr oez grā et
ōimoda relētia valentiā. q vocam grā unionis. rōe cui x. hō ē
sr d bnidcs ds. et io cultu latrie venerād. Postmo q pn̄ ad in
fluend efficax n est. n hat in se plenitudie fotale. et ongiale q n tm
ē plei sufficientie. s; & suphabundantie. io necce ē vbū incanatu; ee
grē et vtutis. s q de plenitudie ei. accipe valeat vnuisi iusti. sic

vnuisa mēbra a capite recipiunt influentia mot et sensu. et p
h vocat grā. g capitis p eo q sic capd hōis sensuu plenitude
cetis mēbs ē cōforme. ceteris psidet. cetis pnt bnficiū influ
entie q ipi capiti cōnectūt. sic xps hōis in se suphabundantiā g
nb cōsimilē in nā. pcetis sēs et iust. cetis q ad ipm accedunt
pnt beneficiu. grē. et sps pq fit sens et mot in spualib;. Et qm ad
ipm accede est p fidē. vl fidei sacra. et fides x. est eade in pritis
psentib;. et futuris. io grā influedi in x. poit. rn omiu tā ptor q
psntiu;. et futuro. in x. extendit;. et in ipo renator. q p fidē co
pulat. et p grā influente fiunt mēb x. et tepla sps s. ac p h
filij dei pnts cōnexi ad inuice. p indiuisibilē vincl; caritatis. q
sic distantia locoz n diuidit. sic nec diuturnitate tpm separat
ac p h ōs iusti. vēq;. et qncq; fuit. vnu efficiūt corp x mistic
cū. sensu et motu; suscipiēdo ab uno capite influente. s; fontale in
dicale. et originale plenitude ois g. in x. hitantis. sic in fote

De plenitudine sap in intellectu. vi.

D e plenitudine at
sapie. h tenend ē. q in vbo incarnato. x. s. d. fuit ois sap ple
nitudo. n solu; q ad cogta vez et q ad cognoscendi m. et differetias
Inuēniāq; fuit cogtō sepitnal. ex pte diuitatis. cogtō sesil ex
pte sesualitatis. et cairus. cogtio scal ex pte mtis et sps. et h
fuit tp qdam. s. pnā. qda p grā. qdam p glā. vn sap huit
et v ds. et u hō. et u ophensor. et u viator. et v illuiat p grā;
et v vere fort. pnā;. et ita in vniuso fuer in x. v. moi cog
scedi. Ppo ē s; diā nām. et h cognut ō actualia. et possibilia. fita
et infinita. cogtōe actuali. et cōphesiua. Cij. p glā. et h cogu
ō actualia et finita. cogtōe actuali. et cōphesiua. infita uero
cogtōe abitual excessiua. Ciij. p grā. et h cogu ōia spectatia
ad huai gnis redemptōe. Ciiij. s; nā; itegra ... fuit in
ada. et hoc cogu ō q spectāt ad vniusi ōstitutōe. v. s; sesile
expientiā. et hoc cogu oia q venuit ad sensuu organa. s; q
icludit q didic ex hiis q pass est obiā. Ro at ad intellia
pdcōz hec ē. q sic repati pncipij ē repare nos. p liberalissia
grā. sic & p prudentissimā sapiā. Qd enī s; ordine sapie
cōditum fuit. n pot abs; luce et ordie sapie repari. et io sic
xps imunis ee debuit ab oi culpa. sic elongat ab oi igiā
ac p h totalit replet. sine sapie. luce. et arte fulgētia. q
ppr cogtōe pfcā. huit s; vtraq; nām;. et pō cogsciuā. s; oē
rez existētiā. Qa g res hnt ēe in etna arte. in huana mte
in ppo gnē. necce fuit x. hre. hac triformi rez cogtōe. Qa vō
res dup pot cogsci in arte. vl ab ipo artifice. vl ab alio o te
plāte arte. Cui dup hr ēe et cogsci in mte. & pt acqsitōe
q x. n cōpetit ppr inpfcōe vl s; hitu; inatu. vl s; hitu infusu
hic ē q necu fuit. ad pfcā sapie plenitudie. v. mōs pdcos
repiri in xpo deo. et hoie. v in arte etna cogscit res et pncipaliter
deitatis et p glā cōphesons in mte sua. p hitu; nale. et inatu
sic cognuer adam. et angli. et p hitum gratuitu infusum. sic
sā dei p. s. s. illuiati. in pō vō grē. cogscer via sensus me
morie. et expiētie. q in nb fac re incognita. cogsci. in x. vō
re nota. s; vnu modum fec cogsci s; aliu. Qm ē diuia
sba. vte. et opatō ē imēsa. hic est. q sm pmu mod q ē p
nām; deitatis. infinita actualit cōphēdit. qda ē inefabli mō.
sume infinito. ois infinitas est finita. Qa vō creatē qcē,
sbimate fita ē sba. vte. et opatō. ita tam. q mes humana
n qescat. n in bō infinito. nec in illd cōphedit. q infinitu.

non comprehenditur a finito, accepta tamen comprehensione. Hinc est quod Christus ad suum modum consequendi animam et plenam complexionis capit quantumcumque potest capere natura finita: plenum infinitum beatificatum, cui est summe unita, ac per hoc ad finita se extendit actualiter comprehendendo, ad infinita vero habitualiter vel excedendo. Non est tamen aequalis anima eius Verbo, nec in scientia nec in aliquo alio. Rursus quia gratia maxime respicit opus reparationis, hinc est quod secundum suum modum consequendi perfectissimam cognitionem est de his quae spectant ad reparationem nostram longe excellentius et melius quam alius homo vel angelorum. Amplius quia natura hominis bene instituta nata erat omnibus creaturis praeesse et ipsas nosse tamquam eas quae debebant ei servire, sicut patuit in primi hominis conditione, hinc est quod Christus ad suum modum consequendi cognitionem de omnibus quae spectant ad mundanam machinam constructam longe excellentius quam Adam. Postremo quia scientia non est perpetuus terminus ad divinam plenitudinem, hinc est quod secundum cognitionem sensitivam non simul consequebatur omnia, sed tantum illa quae expediebant ad requisitionem humanae gratiae facere.

De perfectione meriti in Christo. VII.

De plenitudine autem meriti Christi haec est tenendum, quod in Christo fuit omnimoda perfectio et plenitudo. Primo quantum ad eum qui merebatur, quia non tantum erat homo verus, sed Deus. Secundo quantum ad tempus in quo merebatur, quia ab instanti conceptionis usque ad horam mortis. Tertio quantum ad id quo merebatur, quia perfectissimum habitum caritatis et perfectissimum actum virtutis in carendo, in agendo, in patiendo. Quarto quantum ad eum cui merebatur, quia non tantum sibi verum etiam nobis, immo omnibus iustis. Quinto quantum ad id quod merebatur nobis, quia non tantum gratiam verum etiam gloriam, et non tantum gloriam spiritus sed etiam stolam carnis et apertionem ianuae caelestis. Sexto quantum ad id quod merebatur sibi, quia licet non meruerit glorificationem mentis quam iam habebat, meruit tamen corporis glorificationem et accelerationem eius, et clarificationem sui nominis et dignitatem iudiciariae potestatis. Septimo quantum ad modum quo merebatur, cum triplex dicatur modus merendi: vel de indebito facere debitum, vel de debito magis debitum, vel de debito uno modo facere debitum alio modo; omnibus his modis meruit nobis, tertio tamen modo meruit sibi, faciente hoc gratia, sive caritate, per quam Christus simul erat beatus et in statu merendi, in quo sit ei meritum, omnia merita habent fundamentum.

Ratio autem ad intelligentiam praedictorum haec est, quia cum in primo reparativo, Christo scilicet mediatore, fuit plenitudo gratiae et sapientiae, quae sunt nobis origo recte et sancte vivendi, necesse est quod in Christo fuerit plenitudo omnis meriti secundum omnem modum plenitudinis. Quia enim in Christo fuit plenitudo gratiae unionis, propterea erat Deus ab instanti conceptionis habens gloriam comprehensionis et motum liberi arbitrii; hinc est quod necessario fuit in ipso perfectio meriti quantum ad excellentissimam dignitatem merentis et quantum ad celerrimam opportunitatem temporis. Rursus quia fuit in Christo plenitudo gratiae singularis personae, propterea habuit summam caritatem et omnes virtutes perfectas quantum ad habitus et actus; necesse fuit quod in Christo esset plenitudo meriti quantum ad id per quod originaliter meritum est, quod est motus et radix caritatis et actus multiplicis nobilitatis. Amplius quia fuit in Christo plenitudo gratiae capitis, per quam plenissimam habuit influentiam in membra sua, hinc est quod plenitudinem habuit meriti non tantum respectu sui verum etiam respectu membrorum, quibus sicut omnia spiritualia quae habemus influit ratione divinitatis, sic meruit ratione assumptae humanitatis, sine qua nostra salus stare non potest, sine qua esse non felicitatis. Postremo quia meritorum terminatur plenitudo necessario procedit in ipso summa et perfecta felicitate, sed supra praesentem sine dispensatione propter nos esset in statu viae, hinc est quod perfectionem habuit meriti quantum ad id quod meruit sibi, quia non gloriam et beatitudinem animae, quam naturaliter in ipso esse meritum cumulabat, sed solum illa quae, quamdiu stabat viae status, non poterant, sicut stolam corporis cum clarificatione suae excellentissimae dignitatis. Hinc etiam est quod perfectionem habuit meriti quantum ad modum merendi. Cum enim in ipso ab instanti conceptionis fuerit perfectissima plenitudo, statim omnem meruit quae potuit meriti ... sui, ac proinde uno modo de debito facere po-

tuit debitum, vel de indebito debitum facere non potuit, scilicet quia nullo modo potuit in sanctitate proficere, cum a principio esset sanctissimus. Fecit tamen hoc nobis, quia merito ipsius [illegible] per gratiam praevenientem, perpetuam gloriae coronam. Ac per hoc in merito eius radicata sunt omnia merita nostra, sine quo satisfactoria poenae sunt meritoria vitae aeternae, quia nec ab offensa summi boni digne sumus absoluti, nec in immensitate aeterni praemii quod Deus est digne sumus locati, nisi per meritum hominis Dei, cui dicere possumus: Redde, quod opera nostra in nobis operatus es, Domine.

De passione quantum ad statum patientis. VIII.

Postquam est circa Verbum incarnatum considerata est unio naturarum, considerata est plenitudo charismatum, de iure considerandum est tolerantia passionum, circa quam considerandum est status patientis, modus patiendi et causa passionis. De statu autem patientis haec tenenda sunt, quod Christus non tantum humanam naturam assumpsit, sed et defectus circa naturam assumpsit, et penalitates corporales, ut famem, sitim et lassitudinem assumpsit, et spirituales, ut tristitiam, gemitum et timorem. Nec tamen omnes corporales assumpsit, sicut sunt defectus aegritudinum multiformium, nec omnes spirituales, sicut sunt ignorantia et rebellio carnis ad spiritum. Nec aliter quam sic necessitatibus patiendi suscepit, ut non pati posset invite, nec secundum voluntatem divinitatis nec secundum voluntatem rationis, licet passio fuerit contra voluntatem sensualitatis et carnis, sicut exprimit oratio salvatoris quae dicit: Non sicut ego volo, sed sicut tu vis.

Ratio autem ad intelligentiam praedictorum haec est, quia cum reparatio principii in reconciliando necessario habet mediatoris officium, ideo necesse est quod habeat convenientiam cum utroque extremorum, non solum quantum ad naturam verum etiam quantum ad esse quod sequitur naturam. Quoniam igitur Deus est iustus et beatus, immortalis et impassibilis, homo vero lapsus est peccator et miser, passibilis et mortalis, necesse fuit mediatorem Dei et hominum, ut hominem posset reducere ad Deum, cum Deo communicare in iustitia et beatitudine; cum homine vero in passibilitate et mortalitate, ut sic habens mortalitatem transeuntem et beatitudinem permanentem hominem de profundo miseriae reduceret ad vitam beatam, sicut contra angelus malus habendo immortalitatem cum miseria continuam fuit mediator faciens cadere in culpam et miseriam per suggestionem suam. Quoniam igitur Christus mediator debuit habere innocentiam et beatitudinem fruitionis cum mortalitate et passibilitate, hinc est quod simul debuit esse viator et comprehensor. De omni autem statu aliquid in se habuit, scilicet quod dicitur assumpsisse de statu innocentiae peccati immunitatem, de statu naturae lapsae mortalitatem, de statu gloriae beatitudinem fruitionis perfectae. Rursus quoniam penalitates vitiosae, sicut sunt illa quae proveniunt ex corruptione, sicut ignorantia, infirmitas, malitia et concupiscentia, stare non possunt cum perfectissima innocentia, hinc est quod has nec assumere debuit nec assumpsit. Aliae vero poenae quae sunt cum integritate virtutis perfectae et testificatione humanitatis vere, non similiter potuissent; illae sunt quae respiciunt naturam in communi, sicut fames et sitis in absentia alimenti, tristitia et timor in praesentia nocumenti; hinc est quod illas assumere debuit et assumpsit. Postremo quia nullus innocens debet invite poenam aliquam sustinere, quia hoc est contra ordinem divinae iustitiae, nullus autem mortalis vult mori et pati, sed appetitus naturae quantum naturaliter refugit mortem, hinc est quod Christus habere debuit huiusmodi penalitates, sic tamen ut nihil posset pati invite secundum rationem, non solum propter beatitudinem et deitatem omnipotentem sibi unitam, per quam poterat repellere omnia, sed etiam propter perfectissimam innocentiam, quae secundum ordinem iustitiae non permittit pati invite, sicut praedictum est, ut tamen hoc esset contra naturalem inclinationem et appetitum naturae, quae est in sensualitate et carne. Et hinc est quod Christus orans secundum rationem voluntatem carnis exprimebat, quae passionem refugiebat, cum dicebat: Transeat a me calix iste. Voluntatem tamen rationis voluntati patris conformabat et appetitum carnis supponebat, cum dicebat: Non mea voluntas sed tua fiat. Et sic una voluntas non erat alteri contraria, quia secundum voluntatem divinam quod iustum erat volebat, secundum voluntatem rationis iustitiae consentiebat, secundum voluntatem carnis poenam recusabat, sed tamen iustitiae non accusabat; et sic unaquaeque voluntas quod suum erat operabatur et quod ad se pertine-

bat, sequebatur voluntas divina, intellectus voluntatem rationis, obedientia voluntatem carnis nostrae; ac per hoc non erat in eo colluctatio et pugna, sed pacata ordinatio et tranquillitas ordinata.

De passione Christi quantum ad modum patiendi. viiii.

De modo autem patiendi haec tenenda sunt, quod passus est passione generalissima, passione acerbissima, passione ignominiosissima, passione interemptoria, sed vivificativa. — Passione, inquam, generalissima quantum ad naturam humanam: non solum secundum omnes vires corporis principalia, verum etiam secundum omnes animae potentias, licet nihil pati posset secundum divinam naturam. — Passus est etiam passione acerbissima, quia non solum dolendo vel patiendo penalia, sed etiam condolendo vel compatiendo propter delicta nostra. — Passus est etiam passione ignominiosissima, et propter patibulum crucis, quod erat supplicium pessimorum, et propter consortium iniquorum latronum, videlicet cum quibus fuit deputatus. — Passus est etiam passione interemptoria, per separationem animae a corpore, salva tamen unione utriusque cum divinitate. Anathema enim est dicere, quod Deus Filium nostrum, quem semel assumpsit, aliquando reliquisse.

Ratio autem ad intelligentiam praedictorum haec est: quia cum reparationis principium sit ordinatissime producens, sic et ordinatissime reparare debuit genus humanum. Sic igitur reparare debuit, ut salva sit libertas arbitrii, salvus nihilominus honor Dei, salvus et ordo regiminis universi. — Quia ergo reparare debuit salva libertate arbitrii, reparavit dando exemplum efficacissimum. Exemplum autem efficacissimum est, quod invitat ad culmen virtutum. Nihil autem ita informat hominem ad virtutes, quam exemplum tolerandi mortem propter iustitiam et obedientiam divinam, mortem inquam non quamcumque, sed poenalissimam; nihil magis incitat, quam tanta benignitas, quod pro nobis posuit altissimus Dei Filius, absque meritis nostris, immo cum multis nostris demeritis, animam suam; quae tanto maior ostenditur, quanto pro nobis graviora et abiectiora pati voluit Deus. Qui enim proprio Filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo non etiam cum illo omnia nobis donavit? Quo invitamur primum ad amandum et amatum imitandum.

Rursus, quia reparare debuit salvo honore Dei, ideo reparavit offerendo obsequium satisfactionis. Est autem satisfacere honorem Deo debitum impendere. Honor autem Deo subtractus per superbiam et inobedientiam respectu rei, ad quam homo astringebatur, nullo modo melius restituitur, quam per obedientiam et humiliationem ad eam rem, ad quam nullatenus tenebatur. Quoniam ergo Christus, in quantum Deus, aequalis erat Patri in forma Dei, in quantum vero homo innocens, nullatenus erat debitor mortis, dum semetipsum exinanivit et factus est obediens usque ad mortem, et solvit Deo quod non rapuit per obsequium satisfactionis perfectae, et obtulit sacrificium suavitatis summe perfectum Dei placativum.

Postremo, quia reparare debuit salvo ordine regiminis universi, ideo per remedium convenientissimum. Convenientissimum autem remedium est, ut contraria contrariis curentur. Quia ergo homo volens esse sapiens ut Deus, peccavit in ligno vetito volens delectari, per quod declinavit ad libidinem et cecidit in praesumptionem; ac per hoc totum genus humanum infectum est et perdidit immortalitatem et incurrit debitam mortem: hinc est, quod ad hoc ut homo repararetur convenienti remedio, Deus factus homo voluit humiliari et in ligno pati, et contra universalem infectionem pati passione generalissima, contra libidinem passione acerbissima, contra praesumptionem passione ignominiosissima, contra mortem debitam et iustam pati mortem non meritam, sed voluntariam. Quia ergo generalitas corruptionis in nobis infecerat non solum corpus et animam, sed omnes corporis partes et omnes animae potentias: hinc est, quod Christus passus est in omni corporis parte et in omni potentia animae, et in superiori parte rationis, quae summe in Deo delectabatur per visionem sui ad superius, et summe patiebatur in natura per compassionem ad inferius, quia erat viator et comprehensor simul. Rursus, quia libido vehemens in nobis infecerat et animam et carnem, et quantum ad carnalia et quantum ad spiritualia: hinc est, quod Christus et acerbissima passione passus est in carne, et amarissima compassione in anima. Et quia in carne erat maxima aequalitas complexionis et perfectissima vivacitas sensuum, in anima vero summa caritas ad Deum et summa pietas ad proximum: hinc est, quod utrique dolor fuit acerbissimus. — Amplius, quia tumor superbiae, quantum est ex se, est praesumptio contra ... et ostentatio et aliena laus, ideo ad remediandum contra superbiam Christus passus est utroque genere ignominiae, et in se patiente, et in comitatu quem habuit in passione. — Postremo, quia haec mors non attingebat divinam naturam, impassibilem, sed solum humanam: hinc est, quod in morte sic facta est divisio animae a corpore, ut tamen salva esset unio utriusque, et violenta carnis quam animae ad divinitatem. Et quia unio animae cum corpore facit hominem et facit vivum: hinc est quod Christus non fuit homo in illo triduo, licet anima et caro unita essent Verbo. Unde quia in humana natura mors non potuit mortem inducere in persona, quae semper fuit viva, ideo mortua est mors in vita, et per Christi mortem absorpta est mors in victoria, et principium mortis devictum; ac per hoc homo a morte et causa mortis est tamquam per remedium efficacissimum liberatus. p miru mortis

De passione Christi quantum ad effectum passionis. x.

De effectu autem passionis et fructu haec indubitanter tenenda sunt, quod anima Christi post passionem descendit ad infernum, scilicet ad limbum, ad liberandos non omnes, sed eos, qui in terris existentes nobis decesserant per fidem vivam vel fidei sacramentum; post haec tertia die resurrexit a mortuis, resumendo corpus quod prius vivificaverat, sed non tale quale fuerat prius, quia prius fuerat passibile et mortale, post autem resurrexit impassibile et immortale, vivens in sempiternum. Deinde post quadraginta dies ascendit ad caelos, ubi super omnem creaturam exaltatus sedet ad dexteram Patris, quod dicitur intelligi non quantum ad situm, quia non competit Deo Patri, sed quantum ad excellentiam bonorum, quia residet in potioribus bonis Patris. Postremo inde decem diebus misit in Apostolos promissum Spiritum sanctum, per quem est Ecclesia genita, congregata et coordinata secundum diversas distributiones officiorum et gratiarum.

Ratio autem ad intelligentiam praedictorum haec est: quia sicut Verbum increatum per quod omnia perfectissime condita sunt, sic in quantum incarnatum perfectissime reformare debuit. Decet enim perfectissimum principium ut opus non dimittat imperfectum; absolutum autem quod est perfectissimum, cernitur quod est sufficientissimum. Quia ergo sufficientissimum, ideo se extendit ad caelestia et terrestria et infernalia. Quia ergo per peccatum sunt infernalia occupata, terrestria irremediata, caelestia redintegranda, in quibus primum horum fecit per poenam, secundum per gratiam, tertium per gloriam: ideo per passionem anima descendit ad inferos ad liberandum in inferno detentos; deinde resurrexit a mortuis ad vivificandum in corpore mortuos; ascendit ad caelos reducendo captivitatem ad redintegrandam caelestem Ierusalem; misit Spiritum sanctum ad aedificandum Ierusalem terrestrem, quae est ecclesia ... confecte, et exigunt ad sufficientiam reparationis humanae. — Rursus, quia Verbum incarnatum fuit efficacissimum principium, tanta in eis, quae ad ductum processerit, quod in eis quae ... tamen ad ipsum est accedit et accessit, et eis nobis fuerit et sit talis, ... quantum adhaerent ei per fidem, spem et caritatem: ideo remedium efficaciam habere debuit per eos, qui in Christum crediderunt, credendo speraverunt et sperando amaverunt. Ac per hoc statim debuit ad inferos descendere ad eorum liberationem; unde aperta est ianua caeli per Christi passionem, quia satisfaciendo amovit rhomphaeam, mittendo suam ... divinam, rapuit de inferno omnia membra sua. Debuit etiam efficaciam habere perpetuam in eos, qui ei adiuncti sunt secundum quod attrahendo ad fidem, spem et caritatem traheret ad gloriam perducendam caelestem. Ut ergo aedificaret ad fidem, quam credimus Christum verum hominem et verum Deum, quem credimus eum voluisse nos redimere per mortem et ad vitam nos reducere per se perfectissime: ideo voluit resurgere ad vitam immortalem, interiecto tamen spatio temporis debito, scilicet triginta sex horarum, in quo ostenderet quod vere mortuus fuit. Non magis accelerare debuit, ne sic citius resurrexisset, crederetur quod non vere mortuus fuisset, sed finxisset se mortuum; nec amplius differre, ne si semper iaceret in morte, crederetur impotens. Et quia illos

post se ad vitam revocaret, ideo resurrexit tertia die. Amplius vero erigeret ad spem, ad celestem ascendit gloriam quam speramus. Sed quia spes non oritur nisi ex fide immortalitatis future, ideo non statim ascendit, sed spatio quadraginta dierum interiecto, in quo per multa signa et argumenta veram astruxerat resurrectionem, per quam animos solidaret in fide, et sublevaret ad sperandam gloriam celestem. ¶ Postremo ut inflammaret ad caritatem, misit Spiritum sanctum in igne die Pentecostes. Et quia nullus hoc igne impletur nisi qui querit, petit et pulsat cum instantia et importuno spei desiderio, ideo non statim post ascensionem misit, sed decem dierum spatio interiecto, in quo discipuli ieiunantes, orantes, gementes disposuerunt se ad sancti Spiritus susceptionem. Ac per hoc sic debitam suavium horum in patiendo, sic in resurgendo, sic in ascendendo in celum, sic in mittendo Spiritum sanctum, et propter fundationem tantarum virtutum predicandarum, et propter multa mysteria que in hiis temporibus implicantur. Et quoniam Spiritus sanctus qui caritas est et peccatorum remissio habetur omnium origo carismatum, ideo cum descendit Spiritus sanctus effusa est plenitudo carismatum ad corpus Christi mystice consummandum. Et quia diversa membra debent esse in corpore perfecto, et diversorum membrorum diversa officia et exercitia, et diversorum officiorum diversa carismata, hinc est quod unicuique per Spiritum sermo sapientie, alii sermo scientie, alii fides, alii gratia sanitatum, alii operatio virtutum, alii prophetia, alii discretio spirituum, alii genera linguarum, alii interpretatio sermonum. Que omnia operatur unus atque idem Spiritus, dividens singulis prout vult, secundum suam liberalissimam providentiam et providentissimam largitatem. Explicit liber iiii. Incipit liber v. de gratia Spiritus sancti.

De gratia in quantum est donum divinitus datum. i.

Post incarnationem Verbi, quod est origo et fons omnis doni gratuiti, dicenda sunt aliqua de gratia Spiritus sancti, que quadrupliciter nobis consideranda occurrit: primo in quantum est donum divinitus datum. ii. in comparatione ad liberum arbitrium. iii. in comparatione ad habitum virtutum. iiii. in comparatione ad exercitia virtutum. ¶ De gratia ergo in quantum est donum divinitus datum hec tenenda sunt, quod ipsa est donum quod a Deo immediate datur et infunditur. Et est cum ipsa et in ipsa datur Spiritus sanctus, qui est donum increatum, optimum et perfectum, quod descendit a patre luminum per Verbum incarnatum, secundum quod Iohannes in Apocalypsi: fluvium splendidum ad modum cristalli vidi procedentem de sede Dei et agni. Ipsa nichilominus est donum per quod anima efficitur sponsa Christi et filia Patris eterni et templum Spiritus sancti, quod nullo modo fit nisi ex dignativa condescensione et descensiva dignatione maiestatis eterne per donum gratie sue. Ipsa est denique donum quod animam purgat, illuminat et perficit, vivificat, reformat et stabilit, elevat, assimilat et Deo unit, ac per hoc acceptabilem facit. Propter quod donum istud gratia gratum faciens recte debuit appellari. ¶ Ratio autem ad intelligentiam predictorum hec est: quia cum primum principium productivum per suam summam benivolentiam fecerit spiritum rationalem capacem beatitudinis eterne, et reparativum principium capacitatem illam per peccatum infirmatam reparavit ad salutem, et beatitudo eterna consistit in habendo summum bonum, et hoc est Deus, et bonum excellens improportionabiliter omnem humani obsequii dignitatem, nullus omnino ad illud summum bonum dignus est pervenire, cum sit omnino supra omnes limites nature, nisi Deo condescendente sibi elevetur supra se. Deus autem non condescendit per suum esse incommutabile, sed per influentiam ab ipso manantem; nec spiritus elevatur supra se per situm localem, sed per habitum deiformem. Necesse est igitur spiritum rationalem, ut dignus fiat eterne beatitudinis, quod particeps fiat influentie deiformis. Que quia est a Deo et secundum Deum et propter Deum, ideo reddit ymaginem nostre mentis conformem trinitati beatificate, non tamen secundum ordinem originis vel ..., sed secundum rectitudinem electionis et secundum quietudinem fruitionis. Et quoniam qui hoc habet immediate conformatur ei, ideo donum illud immediate datur a Deo tanquam a principio influxivo, ut sicut immediate emanat a Deo Dei ymago, sic immediate emanans ab ipso Dei similitudo, que est divine ymaginis perfectio

deiformis, et ideo dicitur ymago recreationis. ¶ Rursus quoniam conformatur Deo ..., ideo cum gratia que sua deiformitate disponit ad Dei fruitionem datur donum increatum, quod est Spiritus sanctus, quod qui habet habet et Deum. Et quoniam nullus Deum habet quin ab eo specialius habeatur, nullus habet et habetur a Deo quin ipsum precipue et inseparabiliter diligat et diligatur ab ipso, sicut sponsa a sponso; nullus sic diligitur quin ad eternam hereditatem pro filio adoptetur. Hinc est quod gratia gratum faciens facit animam templum Dei, sponsam Christi et filiam Patris eterni. Et quia hoc non potest esse nisi ex summa dignatione et condescensione Dei, ideo illud non potest esse per aliquem habitum naturalem insitum, sed solum per donum divinitus gratis infusum. Quod expresse apparet si quis ponderet quid est esse templum Dei, Dei filium, Deo nichilominus indissolubiliter et quasi matrimonialiter per amoris et gratie vinculum copulatum. ¶ Postremo quia mens nostra non efficitur conformis trinitati beatissime secundum rectitudinem electionis nisi per vigorem virtutis, splendorem veritatis et fervorem caritatis, et vigor virtutis animam purgat, stabilit et elevat, splendor veritatis animam illuminat, reformat et Deo assimilat, fervor caritatis perficit, vivificat et Deo unit, et ex hiis omnibus homo Deo placens et acceptus consistit: hinc est quod illa influentia deiformis dicitur hec omnia docere ac predicta, ita tamen quod denominatur ab ultimo sicut a completissimo. Dicitur enim gratia gratum faciens, quia habentem facit Deo gratum, cum non solum gratis detur a Deo, verum quia sit secundum Deum et propter Deum, ... adhuc sit opus manans a Deo ut per ipsam reintret in Deum, in quo admodum circuli intelligibilis consistit omnium rationabilium spirituum complementum. De gratia in quantum est educens liberum arbitrium ex peccato. ii.

Secundo super hoc sancti gratia nobis consideranda occurrit in comparatione ad liberum arbitrium, et hoc secundum duplicem modum: primo in quantum ipsa est adiutorium ad meritum, secundo vero in quantum est remedium contra peccatum. ¶ De gratia ergo in quantum est adiutorium ad meritum hec tenenda sunt, quod cum gratia dicatur generaliter et specialiter et proprie, generaliter dicitur adiutorium divinum creature liberaliter et gratis impensum, et indifferenter ad quemque actum, et sine hoc gratie adiutorio non possumus ad efficiendum nec durare in esse. Specialiter dicitur gratia adiutorium divinitus datum, ut quis preparet se ad suscipiendum Spiritus sancti donum quo perveniat ad meritum statum; et hoc dicitur gratia gratis data, et sine hoc nullus facit sufficienter quod in se est ut se preparet ad salutem. Proprie vero dicitur gratia adiutorium datum divinitus ad merendum, quod quidem est donum gratie gratum facientis, sine quo nullus potest mereri nec in bono proficere nec ad eternam pervenire salutem. Ipsa est tanquam radix merendi, quam omnia merita antecedunt, propter quod dicitur esse quod prevenit voluntatem ut velit, subsequitur ne frustra velit. Unde ipsam nullus potest mereri de condigno, sed ipsa meretur augeri in via, ut aucta mereatur perfici in patria et gloria sempiterna, ab ipso Deo cuius est gratiam infundere, augere et perficere, secundum cohoperationem voluntatis nostre et secundum propositum seu beneplacitum predestinationis eterne. ¶ Ratio autem ad intelligentiam predictorum hec est: quia cum primum principium sua operatione virtute et benignissima largitate creaturam omnem de nichilo ad esse produxerit, ac per hoc creatura de se habeat non esse, sed totum esse habeat aliunde, sic facta fuit ut ipsa per suam defectibilitatem semper suo principio indigeret, et principium per suam benignitatem influere non cessaret. Cum ergo spiritus rationalis hoc ipso quod de nichilo sit in se defectivus, hoc ipso quod natura limitata et egena sit in se receptivus amans proprium bonum, hoc ipso quod totus a Deo sit Deo totaliter obnoxius, et quia defectivus est, de se tendit in non esse; quia receptivus, per se non assurgit ad rectitudinem perfecte iustitie. ¶ Quia Deo totaliter obnoxius et Deus bonus quo non indiget, nichil potest facere de se propria virtute per quod Deum sibi constituat debitorem, et maxime mercedis eterne, quod Deus est non per divinam condescensionem. Hinc est quod ad hoc quod salvetur in esse, cum sit defectivus, indiget semper adiutorio divine potentie manutenentis et influentis per quod manuteneatur in esse. Quod quamvis sit universaliter in creaturis omnibus, tamen nominatur nomine gratie, quia non ex debito procedit, sed ex liberalitate bonitatis divine. Hinc est quod ad hoc quod se preparet ad donum sive gratie, cum sit recepti

uius indiget dono alterius gratie gratis date, maxime post ruinam lapsus, per quam habi-
lis efficiatur ad bona moralia que sunt bona ex genere, que nullomodo possunt
dici bona nisi procedant ex intentione recta, videlicet quia non propter nos sed propter summum
bonum fiant, ad quod non assurgit spiritus noster incurvus. Nisi preveniatur ad
hoc per aliquam gratiam gratis datam. Hic medio est quod adhuc quis faciat opera merito-
ria in decursu eterne, cum totaliter sit deo obnoxius et debitor suis to-
tis, indiget dono gratie gratum facientis, per quam sibi deus condescendat per accep-
tationem suam ymaginationem et voluntatis quam operationem excipiat manantem, quia cum
creatura nobilior sit effectu, nullus potest se facere meliorem. Hoc facere
opus deo placens, nisi prius placeat ipse, ut deus prius ipsum respiciat quam ad
munia eius. Et ideo omnis radix merendi fundatur in gratia gratum faciente.
Que est facere hominem deo dignum, propter quod nullus eam potest mereri merito con-
digni, sed solum merito congrui. Ipsa autem habita meretur sui ipsius augmentum
in statu vie, per bonum eius usum merito digni. Et quia cum solus deus sit
ipsius gratie fontale principium influendi, ipse solus sit principium augendi per modum
influentis gratie, per modum meriti et dignitatis. Et liberum arbitrium per modum
cooperantis et merentis, pro eo quod liberum arbitrium cooperatur gratie, que est
gratie suum facere. Et ideo non tantum liberum arbitrium per gratiam meretur gratie augmentum
in statu vie merito digni, sed et complementum propter sublimitatem doni, scilicet
cooperantis in merito, tum propter veritatem dei promittentis, tum propter utili-
tatem liberi arbitrii consentientis et finaliter perseverantis, tum propter difficul-
tatem status merentis, tum propter dignitatem eius nostri capitis influentis, quod
deus glorificavit cum membris, tum propter liberalitatem dei retribuentis et
quia non decet parva reddere, tum propter obsequii fidelis sibi obtemperantis,
tum propter nobilitatem operis, quod ex caritate procedit, quod tum ponderatur in con-
spectu iudicis, quia amor ex quo procedit quidem incomparabiliter
preponitur ceteris creaturis, et ideo non sufficienter et competenter potest nisi in deo
et summo bono remunerari. Ex quibus omnibus tamquam ex vii radicibus gloriam
eternam merito non tamen congrui, sed condigni mereri facit gratia septiformis.

De Gratia in quantum illuminat ad boni initiorum. iii.

De gratia vero in quantum est remedium contra peccatum, hec tenenda sunt, quod liberum arbitrium licet
sit sibi deo potentissimum, potest tamen per se in peccatum corruere, sed nullatenus
potest resurgere sine adiutorio gratie divine, que dicitur gratia gratum faciens. Illa autem gratia
licet sit sufficiens remedium contra peccatum, non tamen infunditur adulto nisi ad
sit liberi arbitrii consensus. Ex quo colligitur quod ad iustificationem impii iiii concurrunt,
scilicet infusio gratie, expulsio culpe, contritio et motus liberi arbitrii. Expellitur
quidem culpa a deo dono, non a libero arbitrio, non tamen sine libero arbitrio. Gratia gratie gratis
date liberum arbitrium revocatur a malo et excitatur ad bonum, et libero arbitrio
est consentire vel dissentire, et consentientis est gratiam suscipere et suscipien-
tis cooperari eidem, ut tandem perveniat ad salutem. Ratio autem ad intelligentiam
predictorum hec est, quia cum primum principium hoc ipso quod primum, et potentissimum sit
cum tamen omnium que fiunt in universo precipue que per peccata que sunt transgressiones le-
gis divine et celestium in obsequium iniuratorum, non habet sibi rebelle in universo
suo, et offensum non peccare quod contempnendo dei preceptum et avertendo
nos ab eo incommutabili, offendunt deum, deformat liberum arbitrium, perimit
donum gratuitum et obligat ad supplicium eternum. Cum igitur deiformitas
ymaginis et receptio gratie sit quasi admiratio in esse morali, natura
gratuite cum offensa dei sit tanta proculdubio, quanta est ipse cum reatus
pene eterne reddat infinitum, impossibile est quod homo resurgat a
culpa, nisi reddatur in vita gratuita, nisi remittatur offensa et pena
relaxetur eterna. Solus igitur qui fuit primus creatum est et primus recreatorum,
verbum scilicet patris eternum, quod est Christus mediator dei et hominum.
Et quia omnia de nichilo creat, ideo creat se ipso solo. Sed quia in remedio,
quia non recreat deformatum privatum culpe reformando per

habitum gratie et iustitie obligatum ad penam absolvendo per satis-
factionem condignam. Hinc est quod nos reparat sustinendo pro nobis penam
in natura assumpta et infundendo gratiam reformativam, que quoniam nos con-
tinuat sue origini, facit nos membra Christi, ac per hoc anima peccatri-
trix, que fuerat inimica dei, prostibulum dyaboli et sua pecuniam, fuit
Christi sponsam, templum spiritus sancti et filiam patris eterni. Quod totum fit per
gratuitam et condescensivam influxionem doni gratuiti. Et quia huiusmodi quoniam
deus sic reformat quod leges nature in celitas non infirmat, ideo sic
hanc tribuit libero arbitrio, ut tamen ipsum non cogat, sed liberum maneat ei con-
sensus. Et ideo adhuc quod culpa expellatur, non solum necesse est quod gratia
induatur, verum etiam quod liberum arbitrium in adultis dico, quia in parvulis
sufficit fides ecclesie et meritum Christi et excusat in ipso suum. Necesse est
etiam quod informet se expulsionem culpe per detestationem omnium
peccatorum, que vocatur contritio. Necesse est etiam quod conformet se intro-
ductioni gratie per complacentiam et acceptationem doni dei, que vocatur mo-
tus liberi arbitrii. Et sic necesse est ista iiii concurrere ad iustificationem
impii. Postremo quia dispositio ad formam completivam debet ei esse
conformis, ad hoc quod liberum arbitrium se disponat ad gratiam gratum facientem
indiget amminiculo gratie gratis date. Et quia gratie est liberum arbitrium non cogere
sed prevenire et simul utrumque in actum producere. Hinc est quod in omni
iustificatione concurrit actus liberi arbitrii et gratie consone que et ordinate
ita quod gratie gratis date est excitare, liberi arbitrii est ad huiusmodi excita-
tionem consentire vel dissentire, et consentientis est ad gratiam gratum
facientem se preparare, quia hoc est facere quod est in se, et sic dispositio
gratia gratum faciens habet infundi, cum libero arbitrio, potest cooperari si
vult, et te meretur vel eternam perpetuo, et te demeretur. Si igitur cooperetur
ei usque in finem, pervenit merendo ad eternam salutem. Verum est igitur quod
dicit Augustinus quod qui creavit te sine te, non iustificabit te sine te. Verum est quod
non est volentis neque currentis, sed dei miserentis. Verum est etiam quod nullus
potest superbire de meritis, quia non deus in nobis preter sua dona coronat.
Nec suum est in deo munera gratie largitur, ut discat homo non esse in-
gratus, nec in se, quasi non acceperit, sed in domino gloriari. Verum est etiam
quod liberum arbitrium per se legem implere non potest, nec gratia in se efficit, in ex-
cusabilis est tamen si non facit, quia gratia gratis data semper est pre-
sto ad commotionem est amminiculo facere potest quod in se est, quod facto habe-
at gratiam gratum facientem, qua obtenta divinam impleat legem
et faciat dei voluntatem, que facta tandem ad bravium perveniat sem-
piternam, propter opera meritoria, quod totaliter sunt agimus, quia sic dicit Augustinus:
Gratia ad liberum arbitrium comparatur sicut sessor ad equum, quod quasi sessor liberum arbitrium
dirigit deducit et perducit ad portum felicitatis eterne, excitando
nos in operibus perfecte virtutis, sed donum Christi gratie septiformis.

De ramificatione gratie in habitus virtutum. iiii.

Tertio restat agere de gratia in comparatione ad habitus virtutum, circa
que consideranda sunt tria. Primum est qualiter gratia ramificatur in habitus
virtutum. Secundo qualiter ramificatur in habitus donorum. Tertio qualiter ramifi-
catur in habitus beatitudinum. De ramificatione igitur gratie in habitus
virtutum hec tenenda sunt, quod cum una sit gratia gratificans animam,
vii sunt virtutes gratuite, quibus regitur vita humana, tres quarum
theologice, scilicet fides, spes et caritas, et iiii cardinales,
scilicet prudentia, temperantia, fortitudo et iustitia. E quibus in tanta
uno modo est virtus communis et generalis, alio modo specialis. Et propter hec
vii virtutes licet sint distincte et proprias excellentias habentes,
sunt tamen connexe et equales ad invicem in eodem, licet sint gratuite,
per gratiam informate, possunt tamen fieri informes per culpam sola caritate.

excepta, et iterum in forma propria adveniente, quae quidem est habituum virtualium origo, finis et forma. Ratio autem ad intelligentiam praedictorum haec est: quia sicut primum principium productivum secundum summam perfectionem in dando vitam naturae non tantum dat vivere quantum ad actum primum, verum etiam quantum ad secundum, quod est operari; sic necesse est quod principium reparativum vitam tribuat spiritui in esse gratuito, et quantum ad esse, et quantum ad operari, et quantum ad viam vivendi. Sed quia vitae multae sunt operationes vitales ad illius vitae plenam manifestationem, et actus diversificentur per obiecta, et diversitas actuum requirat distinctionem habituum: hinc est quod licet sit gratia unificans, ramificatur tamen habitualiter in varios habitus propter opera varia. Et quoniam quaedam sunt opera quasi moralia, sicut credere, quaedam media, sicut intelligere credita, et quaedam postrema, sicut videre intellecta; in primis anima rectificatur, in secundis expeditur, in tertiis perficitur: ideo gratia gratum faciens ramificatur in habitus virtutum, quibus anima rectificatur; in habitus donorum, quibus anima expeditur; in habitus beatitudinum, quibus anima perficitur.

Rursus, quoniam rectitudo animae perfecte requirit quod ipsa rectificetur secundum duplicem faciem, scilicet superiorem et inferiorem, quarum prima finis, secunda eorum quae sunt ad finem: ideo necesse est animam in quantum ad superiorem faciem, in qua consistit imago Trinitatis aeternae, rectificari per tres theologicas virtutes, ut sicut imago creationis consistit in trinitate potentiarum cum unitate essentiae, sic imago recreationis consistit in trinitate habituum cum unitate gratiae, per quos anima fertur recte in summam Trinitatem secundum tria appropriata tribus personis, ita quod fides dirigat in summe verum credendo et assentiendo, spes in summe arduum innitendo et exspectando, caritas in summe bonum desiderando et diligendo. Necesse est etiam quod quantum ad inferiorem faciem rectificetur per quatuor cardinales: nam prudentia rectificat rationalem, fortitudo irascibilem, temperantia concupiscibilem, iustitia vero rectificat omnes has vires in comparatione ad alterum; et quia alterum illud potest esse proximus, potest esse idem homo comparatus ad se ipsum vel ad alterum, potest etiam esse ipse Deus: hinc est quod iustitia dicitur continere omnes virtutes. Dicitur enim non tantum virtus cardinalis, verum etiam generalis, comprehendens totam animae rectitudinem, et ipsa dicitur rectitudo vocis; unde ipsa non tantum comprehendit virtutes ordinantes ad proximum, sicut est aequitas et liberalitas, verum etiam ad se ipsum, sicut est poenitentia et innocentia, verum etiam ad Deum, sicut est latria, pietas et obedientia.

Postremo, quoniam omnis rectitudo virtutum secundum esse gratuitum manat a gratia tamquam ab origine et radice, et secundum esse meritorium comparatur ad caritatem sicut ad originem, formam et finem: hinc est quod certae virtutes quantum ad habitus sunt connexae, et quantum ad actus meritorios sunt aequales. Hinc est etiam quod certi actus virtutum possunt esse informes caritate accepta, quae est virtutum [illegible]. Cum enim habitus sine gratia et caritate, in quibus consistit vita virtutum, tunc sunt informes; cum autem sunt informati gratia, tunc formantur et decorantur et Deo acceptabiles fiunt: sicut et colores absque luce sunt latentes, superveniente autem luce fiunt lucidi et placidi et aspectui complacentes. Unde quemadmodum ex luce et coloribus fit unum in ratione motivi, et una lux sufficit ad multos colores illuminandos; sic ex gratia et habitibus informibus, cum formantur, fit unum in ratione meritorii et gratuiti, et una nihilominus gratia sufficit ad informationem et gratificationem habituum gratuitorum.

De ramificatione gratiae in habitus donorum. V.

De ramificatione autem gratiae in habitus donorum haec tenenda sunt, quod licet plena sint dona gratiae gratis datae, et generaliter omnes habitus divinitatis dona Dei non absurde dici possint; specialiter tamen et appropriate septem sunt specialia dona quae enumerat et nominat Isaias loquens de flore qui processit de radice Iesse, id est de Christo, quod requiescet super eum spiritus Domini, spiritus sapientiae et intellectus, spiritus consilii et fortitudinis, spiritus scientiae et pietatis, et requiescet, scilicet spiritus timoris Domini. In hac autem enumeratione descendendo procedit a summo, et combinando vel simul ostendit donorum distinctionem, connexionem, originem et ordinem.

Ratio autem ad intelligentiam praedictorum haec est: quia cum primum principium reparativum per summam liberalitatem non tantum voluerit dare gratiam ad rectificandum contra obliquitatem vitiorum per habitus virtutum, verum etiam ad expediendum contra impedimenta [illegible] per habitus donorum, ideo purificandum [illegible] per dona gratuita, secundum quod necesse est ad expeditionis sufficientiam. Quoniam igitur anima indiget septiformiter expediri, hinc est quod ex septiformi gratia necesse est Sancti Spiritus dona esse septiformia. Indiget namque expediri contra vitiorum obliquitates, quantum ad vires naturales, et quo ad status adultos virtutes in patiendo, agendo et contemplando, et utroque modo. Primo igitur propter vitiorum obliquitates expeditissime debellandas septem sunt Spiritus Sancti dona, ut opponantur: timor contra superbiam, pietas contra invidiam, scientia contra iram, quae [illegible]; fortitudo contra acediam, quae mentem reddit ad bonum invalidam; consilium contra avaritiam, intellectus contra gulam, et sapientia contra luxuriam. Secundo propter expediendas vires naturales secundum septem dona debent esse septem: irascibilis namque indiget expediri ad bona tam in prosperis quam in adversis; in prosperis expeditur per timorem, in adversis per fortitudinem. Concupiscibilis indiget expediri quantum ad affectionem proximi, et hoc fit per pietatem; et quantum ad affectionem Dei, et hoc fit per gustum sapientiae. Rationalis vero indiget in virtute speculationis, electionis et executionis: per donum intellectus expeditur ad verum speculandum, per donum consilii ad verum eligendum, per donum scientiae ad electum exequendum; per donum enim scientiae recte conversatur in medio nationis pravae et perversae.

Tertio propter expedienda septem virtutum officia septem debent esse Spiritus Sancti dona. Nam timor expedit ad temperantiam, timor enim carnes configit; pietas ad iustitiam; scientia ad prudentiam; fortitudo ad fortitudinem seu patientiam; consilium ad spem; intellectus ad fidem; sapientia ad caritatem. Unde sicut caritas est et mater et consummatio omnium virtutum, sic sapientia donorum; unde vere dicit Sapiens: Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa. Quarto propter expeditionem in patiendo conformiter ad Christum septem sunt habitus donorum. [illegible] ad patiendum mortem [illegible] humana necessitas et virtutis strenuitas. [illegible] mortem vel cogitata per intellectum, vel amata per sapientiam, vel incurrit habita per timorem. Movet [illegible] necessitas ad quam consequendam necessaria est scientia, ad quam [illegible] sicut addit pietas. Movet virtutis strenuitas vel prudentia in eligendo per consilium, vel vigorosa in patiendo per fortitudinem; et sic dona debent esse septem. Quinto propter expeditionem in agendo septem dantur dona a Spiritu Sancto. Nam ad actionem expeditam necesse est hominem expediri ad declinandum a malo, quod fit per timorem. Necesse est etiam expediri ad perficiendum in bono vel necessitatis vel supererogationis. Circa primum expeditur per scientiam et pietatem, ita quod unum est dirigens, alterum exequens. Circa secundum per consilium dirigens et per fortitudinem exequentem. Necesse est etiam hominem quiescere in operatione, et hoc quantum ad intellectum veri et quantum ad affectum boni; primum fit per donum intellectus, secundum per donum sapientiae, in quo est quies. Sexto ad expeditionem in contemplando dona Spiritus Sancti sunt in septenario numero. Nam ad vitam hierarchicam contemplativam necesse est animam purgari, illuminari et perfici. Purgari autem oportet a concupiscentia, a malitia, ab ignorantia, ab infirmitate seu impotentia: primum facit timor, secundum pietas, tertium scientia, quartum fortitudo. Illuminari autem indiget in operibus reparationis et primariae conditionis: primum dat consilium, secundum intellectus. Perfici autem hominem per excessum ad summum bonum, quod consistit in unione, et hoc per donum sapientiae, ut sic arcanum contemplationis consummetur quasi in cubito. Septimo ad expeditionem in actione et contemplatione septem debent esse dona. Nam contemplativa propter conversionem ad Trinitatem tria habet dona expedientia: quaedam ad reverentiam maiestatis, timorem; quaedam ad intelligentiam veritatis, intellectum; quaedam ad saporem sive gustum bonitatis, sapientiam. Activa vero, quae versatur in agendis et sustinendis, duo habet, scilicet pietatem ad agendum et fortitudinem ad sustinendum, et directiva harum duarum. Unde quia ad expeditionem necessaria est directio, ideo fit donorum combinatio, et prima sunt dona ad intellectum spectantia, quia lucem co

gtōis vehemēt ęqrdr. ad dirigēdos pedes nr̄s ī viā rectam.

De ramificatōe gr̄e ī hītꝰ beatitudinū. ꝛ p ons fructuū ꝛ sensuū

De ramificatōe a gr̄e ī hītꝰ beatitudis h̄ tenēda sr̄. q. vii. s. VI
beatitudiēs q̄s saluator enuāt ī smone d̄ monte. s. paupertas
sp̄s. mititas luct. esuries ītie. mia. mūditia cordis. ꝛ pax. Ad ha
beatitudiēs p sui pfcōe et pleēm xii. fruct sp̄s. et v. sesꝰ spūales ꝯse
quūt. q nō dnt novos hītꝰ. s; stat delectatōn. et vsꝰ spūaliū
speclatōn. qbꝰ replet et solāt sp̄s ītoꝝ viroꝝ. Ro at ad itellia
pdcōꝝ h ē. Cū aū pn reqrat sit pfectissi ꝛ pfectissime reparatō.
et reformatin p donū grātuit. ideo g donū ab ipso manās habilit
ꝛ habiūd ramificari dz. vs; ad hītꝰ pfcōe; q aū sunt approximet
fino reall'o mīcipat ex noīe btitudin. Ad sufficiētā nūs ꝛ or
do collig ex integritate pfcōis. ex mōis pfcōn. et ex dispōib.
ad pfcōe. Prīo g ad itegritatē pfcōis reqr̄ necīo pfect recess
a malo pfcōs. procssꝰ ī bō. ꝛ pfcōs stat ī optio. Qm at malum
aū procdr ex timoē sibie. aū ex iracore malitie. aū ex lāgore
cōcupie. ideo ad pfcōe elōgād. ab hoc trip gn̄e mali. tres st necīe
btitudiēs s paupertas sp̄s. elōgans a malo tumōis. mititas. elon
gans a malo iracōis. et luctꝰ elōgans a malo libidis. et lāgois
cōcupiscētis. Cū nō pfect procssꝰ ī bō attēdr. s; dnā imitatōē.
et vniuise vie. d mīa et veritas. hic est q dr ē btiō. s; has duas
vias. s. esuries. sui celꝰ iusticie. et affect mīe. Qm at stat in
optio ē. vl' plenitudine cogitōe vl' ptranqllā affectōe. hic est.
q sunt due vltime beatitudiēs. s. mundicia cordis. ad dm̄ vi
dēdū. et pax mītis. ad pfcōē fruēd. Secdo ī. s mōi pfcōis at
tedat. delet ēē vii. hītꝰ beatitudinū. Nā ē pfcio. religiōis. pla
tōis. et ītīe sctatis. Ad pfcōe at religiōis necīo reqr̄ abdica
bōi pūati. aceptatō bonj fratnj. et appetitō bōi eternj. Prīo fuit
p paupertatē sp̄s. sm prūitatē affectꝰ. Secū; p mansuetudinē
luctꝰ. Ad pfcōe vero platōis duo reqrit necīo. s. celꝰ itie.
et affect mīe. qm ē. et veritas. custodiūt rege. s; hec duo dis
poi. d; regim. platōis ī eccā militāte. Ad pfcōe vero ītīe sā
tatis necīo reqr̄ puritas ꝯsciē. et tranqllitas toci aīe. p pace
dī. cē hūan sensu; exsupatē. Tercio. si attēdāt. dispōes pābule
vii. delet cē btitū. Timō ē fac recede a malo. et amali ocēē
Et q2 radix omnū maloꝝ ē cupiditas. ideo timor disponit
ad sp̄s paupertatē. ī q simlr ing. humilitas ē paupertate. v sic
elōget. vir pfect. a fōte ōis dix. s. a sbia. et cupiditate. Et
hic ē q paupertas sp̄s. ē fundamē. toci evag pfcōis. vn p dz; h
fundamē. fnē. q vult ad culm pfcōis venire. s; . s. d . ix. Si
vis pfect eē. vade ꝛ vē. ꝛc. Ecce pfcā paupertas. q nō sibi psr re
tinet. et seqre me. ecce humilitas. q fac vt hō abnegando se
ipm tollat cruce s. et seqt ē. q est toci pfcōis. pricipalissimu;
fundamē. Dispōit g tior. ad spē paupertatē. Pietas at ad mansu
tate. Nā q pie alicq afficr. nec illū irritat. nec ab illo irritatr.
Scia dispōit ad luctū. q pscīa cognoscim nos a statu btitū re
legatos. ī hac valle mīe et lacrimaꝝ. Fortꝰ ad esuriē itie. Q2 ē
fortis ē tā audē se tet ad iustieꝰ vl malit auta q aiti separi
Cosiliū dispōit ad miā. nichi ē enim mag ꝯsulit. ī scriptura q facē
mīa. q sr ō reputat holocausta. Itells ad mūditiā cordis. Nā spe
clatō vitatis mūdat cor nrm. ab omib; fantasiis. Sap ad pa
cē. Nā sap ing nos. sumo vō ꝛ bō. ī q ē finis. ꝛ tranqllitas
toti nri rōl. appetit. Ex pace. ad ceptu. necīo seq. s; hnitas de
l'ectatō spūal. q ī duodenario fructuū ꝯtinet. ad insinuāda;

sꝰ hīndāiꝰ delectatōn. Est enī duodenariꝰ nūs hīndāis. in
quo īsinuat spūalū carismatū; excellētia. qb; fruit et
delectat aīa scā. Et ic est hō ad ꝯtēplatōē vocēꝰ et ad aspē
et aplexꝰ sponsi. et sponse. q fi. hīt. s; sesꝰ spūales. qb; v. ē
sponsi suma plēitudo. sl' vce splendoris. audit suma armōia
sb vce vbi. gustat suā dl'cedo. sb vce sap ꝯphēdens vtrumq;
vbū. s. ꝛ splēdorē. Odorat suma flagrātia sb vce vbj ispiratj
ī corde. Attīg suma suavitas. sb vce vbi icarnatj īt nos ha
bitatis corpalit. et redlētis se nb palpabile. obsclabile. et
amplexabile. pardētissimā caritate. q nīc nō. p extasi. ꝛ raptū tn
sive fac ex h mdo ꝯtēple. Ex dēis g manifeste collig. q hītꝰ
vtuf. ad exercitiū pni disponūt actiue. hītꝰ donoꝝ ad donū
ꝯtēplatē. beatitudinū at ad pfcōe vtrisq;. fruct vō q sr caritas
gau. pax. patiā. lōganitas. bōitas. benignitas. fides. mansuetudo. mo
destia. ꝯtinēē. castitas. Gal. v. delectatōes dr ꝯsequetes opa pfcā.
Sesꝰ vō spūales perceptōes mītales. circa vitatē ꝯtēplādā. Et qd
ꝯtēplatō. ī pphis fuit. p reuelatōes. q ad visiōe tripl'r. corpale.
ymaginariā. et itellectualē. Salus vero iustis reperit p spe
clē. q sap ascensu. et pueit ad ymaginatōe. et de ymaginatōe
ad rōe. de rōe ad itell'm. de itellectu. ad itelliā. de itellia vō
ī sap. seu noticiā excessiuā. q h ī via sap. s; ꝯsumat in
glia sempitīa. Et ī hiis gdib; consistit scala iacob. ē cu
cumē attīg celū; et rēi salōis. ī q resideo rex. sapiētissim
et vē pacific. et amorosꝰ vl sposꝰ speciosissimꝰ. et desiderabilis
tot. ī q desiderūt angli pspice. et ad q suspirat scoꝝ deside
riū aīaꝝ. sic ceruus desiderat ad fontes aqꝝ. Ad que desi
derio feruētissio ad mod ignis. spc nr. nō solū effic agilis
ad ascēsum. vez ī qdā ignitia dcta. ī scripu. capit ī ca
ligine. et excessum vt nō solū; ē spōsa dicat. āīe ī cedre;
vg. t. vi ī cū ppha psallat. Et nox illuiatō mīa. ī d. in. q
noctūnā. et delitōsā illumiatōe. nēō nōū. nō q pbat. nēō
q pbat. nō p grām dūitꝰ data. Nemini dat. nō ei q se exerc.
ad illā. ideo deīceps ꝯsideranda sr exerciciā mītorꝝ. De exercito g. ī cēdēdo ꝛ ... VII.

Quarto g restat ꝯsiderare. gr̄a q ad exercitia mītorꝝ. Et cir
ca h ꝯsideranda sr iiii. p̄s. de exercitatōe g ī credendis. au
mōi sr articuli fidei. Secdo ī diligedis. ēmoi sr illa. q
spectant ad ordinē diligēdi. Tercio ī operādis. ēmoi sur
pcepta legis dne. iiii. ī postulandis. ēmoi sr petitōes orōis
dnice. De articlis fidei. hec tenēda sr. q. l; p fide astrigd
cēē plā. q sr sive et grāti oia. q ꝯtinet. et asserūt. ī sacr
scriptre canone. spālit tamē et pprie. artic fidi dnr illj. q ꝯ.
ī fide simboli ap̄. Q2 uno mō. s. xii. si hēāt vl. ad eos. q symb
ederet alio mō. xiiii. si ꝯsidarent. q iudicialit credenda sr
tanq fundamēta omnū credēdoꝝ. Rō aū. ad itelliā pdcōꝝ
h ē. q2 ē p pm. ī scā sit sume veꝝ et bōꝰ ī ope vō suo.
sit sume et it. et misicors. et sume vero delectat. sua af
fectio. sume bō feruens dilectio. sume ito uniual' sbito.
sue misicordi. fiducial' ivocatō. et g sit ordinatiā mitis
mēe. ad pmū pncipiū debitū debitā. hic ē q ipō dirig. ꝛ
regl'at. ad debita. et mitoria exercīa. ī credendis. amandis.
et ꝯcedendis. et postl'andis. s; q reqrit suā vitas. bōs iti. ꝛ
mia. ī end. bta. Qm ig veritati ē credend. ꝛ maiori
vitatj mag crēd. et sume veritati. p ꝯsequs sue crēdend.
ꝛ vitas primi pricipij ī īfinitu; maio est oī vitate.

certa et luminosior quam lumen intellectus nostri. Hinc est quod ad hoc quod intellectus noster recte sit ordinatus in credendis, necesse est quod plus credat summe veritati quam sibi, et quod se redigat in obsequium Christi, ac per hoc quod non solum credat quod secundum rationem, verum etiam quod supra rationem et contra sensuum experientiam; quod si recusat, non exhibet summe veritati debitam reverentiam, divinum iudicium intellectui proprio preferendo, per facit dampnum lucis eterne, quod esse non potest absque tumore superbie et elationis improbitate. Rursus quia veritas divina est veritas invisa nec apparens, sed magis occulta et ad credendum difficilia, ideo ad hoc quod firmiter credat, necessaria est illustratio veritatis animam elevans, necessaria est testificatio auctoritatis animam firmans. Primum fit per fidem infusam, secundum per scripturam autenticam, quarum utrumque est a veritate summa per Iesum Christum, qui est splendor et verbum, et per Spiritum sanctum, qui veritatem docet et homo credat. Hinc est quod auctoritas scripture fulcimentum fidei, et fides assentit auctoritati. Et quia auctoritas principaliter residet in sacra scriptura, que a Spiritu sancto est condita tota ad dirigendam fidem catholicam, hinc est quod vera fides a scriptura non dissonat, sed ei assentit assensione non ficta. Postremo quia veritas ad quam credendam per fidem et de qua sacra scriptura agit principaliter non est veritas qualiscumque, sed veritas divina, vel ut est in natura propria vel in natura assumpta, nam in huiusmodi veritatis cognitione consistit fructuum patrie et meritum vie, hinc est quod articuli fidei, qui sunt fidei fundamenta, aut spectant ad deitatem aut ad humanitatem. Et quoniam deitas habet considerari in tribus personis, scilicet patre ingenito, filio genito et spiritu sancto procedente, et quantum ad sua opera, scilicet creationem in esse nature, recreationem in esse gratie, resuscitationem in reparatione vite et glorificationem in collatione glorie, hinc est quod articuli spectantes ad divinitatem sunt septem. Similiter quia et humanitas habet considerari, vel concepta de spiritu sancto, vel nata de virgine, vel patiens in cruce, vel descendens ad infernum, vel resurgens a morte, vel ascendens in celum, vel veniens ad iudicium finale, hinc est quod septem sunt articuli humanitatis. Et sic in universo sunt quatuordecim, ad modum septem stellarum et septem candelabrorum in medio quorum filius hominis ambulat. Quoniam igitur unus est Christus in divina natura et humana, et una tamen est veritas summa que est ratio credendi, una per essentiam et sola, que non mutatur per tempora, hinc est quod de omnibus predictis articulis una est tamen fides, eadem non mutata tam in presentibus quam preteritis quam futuris, licet magis declarata sit et explicata temporibus que sunt sequuta quam temporibus que precesserunt eius adventum, sicut novum testamentum est clarius quam vetus, in quibus predicti articuli continentur. Et quia Spiritus sanctus hos articulos fidei in scripturarum profunditate contentos in unum compegit per duodecim apostolos tanquam per testes firmissimos, hinc est quod predicti articuli in unum simbolum apostolorum fuerunt collecti. Et ideo sunt apostoli componentes duodecim articuli dici possunt, quia quilibet apostolorum in hedificatione fidei posuit articulum unum, quasi lapidem unum unusquisque. Quod Spiritus sanctus voluit prefigurari in duodecim viris qui duodecim lapides de alveo Iordanis extraxerunt ad altare domini construendum. V' extito g. ix.

De diligendis autem hoc tenenda sunt. Spectu diligendorum. VIII. Quod licet omne opificium sit bonum valde, quatuor tamen precipue sunt ex caritate diligenda, scilicet deus qui est supra nos, nos ipsi, proximus noster et corpus proprium, in quorum dilectione servandus est ordo et modus, ut deus diligatur super omnia et propter se, et proprius spiritus post deum quo nos sumus sub deo et propter deum, similiter proximus noster sicut nos, et corpus infra nos. Cuius ratio intelligenda est ad hoc autem datur unus caritatis habitus et duo mandata, in quo pendet universitas legis et prophetarum, non solum quantum ad vetus testamentum, verum etiam quantum ad novum. Ratio autem ad intelligentiam predictorum hec est: quia primum principium hoc ipso quod primum est summum, hoc ipso quod summum est summe bonum, hoc ipso quod summe bonum est summe beatum sive beatificans, hoc ipso quod summe beatum sive beatificans, ipsum est summe fruendum, et hoc ipso quod eo est summe fruendum, summum est ei inherendo per amorem et quiescendo tanquam in fine. Quoniam igitur amor rectus et ordinatus qui caritas appellatur primo fertur in bonum quo fruitur et in quo quiescit, et ipsum est ratio diligendi, hinc est quod in primis diligit tanquam beatificantem, et consequenter per consequens que participando sunt beatificata. Quia igitur nobis ad beatitudinem natum est participare primum, natum est et participare cum nobis tanquam beatificabile est spiritus. Hinc est quod unus est ex caritate diligendus, scilicet deus et proximus, spiritus noster et corpus nostrum. Rursus quia deus est supra nos tanquam bonum summum, spiritus noster in nobis tanquam bonum intimum, proximus iuxta nos tanquam bonum cognatum, corpus nostrum infra nos tanquam bonum subiectum, hinc est quod licet debitus sit ordo in diligendo, ut primo deus diligatur et super omnia et propter se ipsum, secundo spiritus noster sub deo et super omne bonum caducum, tertio proximus noster iuxta nos ad consimile bonum, quarto corpus nostrum infra nos sicut bonum infimum; et in quolibet gradu congruum debitum corpori, quia vitium tendit in inferioris boni respectu nostri. Postremo quia amor est pondus mentis et origo omnis affectionis mentalis, que de facili reflectitur in se et difficulter tenditur in proximum et difficilius elevatur in deum, hinc est quod licet unus sit diligendi habitus, duo tamen dantur mandata, unum quod dirigat in deum, alterum quod dirigat in proximum. Et quia omnia precepta vel ad deum referuntur vel ad proximum tanquam in finem et in id quod est ad finem, hinc est quod in hiis duobus mandatis clauditur collectio mandatorum et comprehensio scripturarum. Et caritas ipsa est radix, forma et finis virtutum, iungens omnia cum ultimo fine et ligans omnia cum invicem simul et ordinate. Ideo ipsa est pondus ordinate inclinationis et vinculum colligationis perfecte, ordinans quoque suas res diligendorum quantum ad affectum pariter et effectum, unitatem habens in habitu quo ad unum finem et unum principale dilectum, quod est ratio diligendi in omni aliorum, que per amoris vinculum nata sunt colligari in unum, et quoad caput et corpus, que universitatem continet salvandorum. Que unitas nunc inchoatur in via, sed consummatur in eterna gloria, iuxta quod dominus orat ut sint unum sicut et nos unum sumus. Qua unitate consummata per vinculum caritatis, erit deus omnia in omnibus, eruntque omnia per amorem connexa, connexione ordinata et ordinatione connexa, et connexione indissolubili alligata. V' extito gr. ix.

De preceptis autem legis divine hec tenenda est. Spectu agendorum preceptorum et consiliorum. Quod in lege mosayca sunt precepta iudicialia, figuralia et moralia, videlicet potentie ex precepta decalogi in duabus tabulis conscripta digito dei. Lex evangelica iudicialia temperat aufferendo, figuralia evacuat adimplendo, moralia confirmat adiciendo. Adicit autem documenta instructiva, promissa exercitativa et consilia perfectiva. Cuiusmodi sunt consilium paupertatis, consilium obedientie et consilium castitatis, ad que implenda extra dominus invitat eum qui vult esse perfectus. Ratio autem ad intelligentiam predictorum hec est: quia primum principium sicut est summe bonum in se ipso, sic est summe iustum in regendo sua et in universali regimine disponendo. Quoniam igitur summe iusticie est gubernare iustitiam non tantum in se, verum etiam in altero, iustitia autem consistit in conformando se regulis iuris, hinc est quod dedit iustitie regulas, scilicet hominum imprimendo et exprimendo, non tantum dictando per modum veritatis erudientis, sed etiam precipiendo et obligando per modum virtutis imperantis. Et quia gratia facit voluntatem nostram deo conformem, ipsi est disponere nos ad obtemperandum et inducendum illis regulis iustitie, sive dictamini legis divine date. Rursus quoniam divinis imperiis dupliciter contingit obtemperare, videlicet ex timore pene vel ex amore iustitie, et primum est imperfectorum, secundum perfectorum, ideo deus duplicem homini contulit legem, unam timoris et alteram amoris, unam in servitute generantem, alteram in adoptione filiorum dei transferentem, ut per hec ex timentibus et imperfectis competit vitare prudentia et manu ducat per figuras et dirigat nichilominus per precepta. Hinc est

quia lex mosayca, que est lex timoris, continet iudicialia, figuralia et moralia; perfectis autem et amantibus convenit apta instructio documentorum, larga promissio premiorum et alta professio consiliorum. Et hinc est quod lex evangelica continet ista tria. Et ideo dicitur lex mosayca differre ab evangelica, quia illa figure, hec veritatis; illa lex pene, hec gratie; illa litteralis, hec spiritualis; illa occidens, ista vivificans; illa timoris, ista amoris; illa servitutis, ista libertatis; illa honeris, ista felicitatis. ¶ Postremo quia regule spectantes ad iustitiam necessario continentur in divinis preceptis, et iustitia est ius suum unicuique reddere, necesse est quod precepta moralia quedam sint que ordinant nos ad deum, quedam ad proximum. Et hinc duplex est ordo preceptorum, quod spiritus sanctus voluit insinuare per ministerium duarum tabularum, et ideo digito dei scripte dicuntur. Et quia deus est trinus, pater scilicet et filius et spiritus sanctus, cui competit summa maiestatis adoranda, veritatis profitenda et caritatis acceptanda, secundum rationalem, irascibilem et concupiscibilem, pacem cordis, oris et operis, ideo triplex est mandatum prime tabule, congruens his tribus personis: adorationis subiectione, iurationis vindice et sabbatizationis sancte. Quia vero proximus est ymago trinitatis, et in quantum prestat ymaginem patris debetur pietas, in quantum ymaginem filii debetur veritas, in quantum ymaginem spiritus sancti debetur benignitas; hinc est quod vii sunt mandata que ad secundam tabulam spectant. Nam penes pietatem sunt duo: unum quod pietatem mandat, scilicet de parentibus honorandis; alterum quod impietatem vetat, scilicet non occides. Penes veritatem, que per oppositum consistit in verbo, accipitur de falso testimonio non ferendo. Penes benignitatem, cui opponitur cupiditas et concupiscentia, que utraque potest esse in opere vel corde, accipiuntur iiii, scilicet non mechaberis, et non concupisces uxorem etc., non furtum facies, et non concupisces rem alienam. Et hinc habent ordinari, secundum maioralem minoralem nocumenta, per que infligit proximo iniuriam. Et sic regule spectantes ad commonitionem debent contineri in x preceptis.

Nam autem iustitie pervenit ad perfectionem, dum perfecte se elongat a malo, et quod ad culpam et quod ad causam, et omne malum oritur ex triplici radice, scilicet concupiscentia carnis et concupiscentia oculorum et superbia vite; hinc est quod tria sunt consilia evangelica, perfecte nos elongantia a triplici radice predicta. Que ideo sunt consilia, quia ut perfecte faciant recedere a malo, non solum separant ab illicitis verum etiam a licitis, et concessis, que possunt esse occasio mali; ac per hoc non solum includunt continentiam sufficientem, verum etiam habundantem, secundum quod competit perfectioni evangelice legis et excitationi gratie perfectioris. **De oratione dominica. x.**

De petitionibus autem orationis dominice hoc tenendum est, **septem esse petitiones et ordinem**, quia licet deus sit liberalissimus et promptissimus ad dandum, quam nos ad accipiendum, vult tamen omnia ante ut occasione huius largitatis dona gratie, spiritus sanctus vult autem orari, non solum oratione mentali, que est ascensus intellectus in deum, verum etiam vocali, que est petitio decentium a deo; non solum per nos ipsos, verum etiam per sanctos, tamquam per coadiutores nobis divinitus datos, ut qui minus sumus digni per nos impetrare, impetrare valeamus per sanctos. Et quia quod orare, secundum quod oportet, nescimus, ne vagaremur in eius forma, nobis tribuit in oratione quam composuit, in qua sub septenario petitionum universitas comprehenditur petendorum. ¶ Ratio autem ad intelligentiam predictorum hec est: quia primum principium, sicut est summe verum et bonum in seipso, sic misericors et iustum in opere suo; et quia misericordissimum est, ideo liberalissime condescendit humane miserie per infusionem gratie. Quia vero cum hoc simul iustum est, ideo donum perfectum non dat nisi desideranti, non dat gratiam non rogati, non impediret misericordia, ne cognosceret ut salva sit libertas arbitrii et non vilescat nobilitas doni, et ideo per se habet clarere honor divinus. Quoniam vero oratio est divini affectus subsidium, propriam allegationem defectus et gratias agere pro beneficium gratis datum, hinc est quod oratio disponit ad susceptionem divinorum karismatum, et deus omnibus vult ad hoc ut munera largiatur. ¶ Rursus quia, ut ad hoc ut desiderium efficaciter in finem tendat, ad impetrandum dona divina, necesse est quod affectio nostra sit fervida et cogitatio in unum collecta, et expectatio nostra sit certa et firma. Et quia cor nostrum est frequenter tepidum, frequenter dispersum, frequenter et pavidum propter peccati remorsum, nec audens per se ipsum comparere coram divino conspectu; hinc est quod deus voluit, cum nos orare instituit, verbalem vocalitatem ad nostri affectus excitationem, recollectionem cogitationum per sensum verborum. Voluit etiam nos orare per sanctos, et sanctos pro nobis, ad dandam fiduciam pavidis, ut qui non audet vel non posset impetrare per se, per tales oratores impetratores obtineat; ac per hoc in orantibus humilitas conservetur, in sanctis intercedentibus dignitas declaretur, in omnibus et in membris caritas et veritas ostendatur, qua quidem inferiora sunt ad superiorem fiducialiter recurrunt, et superiora inferioribus liberaliter condescendunt. ¶ Postremo quia deus est et misericors, exaudire non debet nisi in his que spectant ad suum honorem et ad nostram salutem; hec autem sunt que spectant ad premium patrie et viatice vie, et premia sunt tria, sequela quattuor; hinc est quod petitiones orationis dominice, que docet quod utiliter petere debeamus, sunt vii, quarum tres spectant ad divinum honorem et premium patrie, sunt tria, scilicet intelligentia veritatis, maiestatis et concordia voluntatis. Seu palia verba vel est visio summi veri, quod non videri nisi a mundis perfectis et sanctis, et hoc petitur cum dicitur: Sanctificetur nomen tuum, id est, tuum nominis notitia perfectis sanctis et mundis docetur; vel est adeptio summi ardui, quod reges facit et per quod regnum habetur, et hoc petitur cum dicitur: Adveniat regnum tuum; vel est fruitio summi boni, quod non datur nisi his qui voluntates suas habent dicentes voluntati conformes. Et hoc petitur cum dicitur: Fiat voluntas tua. ¶ Cetera autem spectant ad transitum vie, aut in impetratione collationis boni conservantis, aut amotione mali nocentis. Collatio autem boni conservantis petitur in pane cottidiano, seu sensibili in quo petitur quod necesse est ad conservationem vite, et perfectius sive spiritualis secundum corpus. Amotio autem mali nocentis petitur in tribus petitionibus ultimis, quia omne malum aut tenet nos preteritum, aut futurum, aut presentis; vel aliter, aut tenet nos malum culpe, aut pugne, aut pene. Prima petitur amotio in dimissione debitorum. Secunda in nemine temptationi. Tertia et ultima in liberatione ab oppressione malorum. Et sic vii sunt in universo petitiones, in quibus universaliter petitur quod petendum est. Et hoc quod satis iure ut septenarius petitionum respondeat septenario karismatum divinorum et donorum gratie septiformis, propter quod notandum, quod septiformis septenarium proponit nobis sacra scriptura, scilicet vitiorum capitalium, sacramentorum, virtutum, donorum, beatitudinum, petitionum et dotium glorie, tam spiritualium et iii corporalium, ut apparebit inferius. Septenarium vitiorum tamquam primum a quo debemus recedere. Septenarium sacramentorum per quod debemus accedere. Septenarium dotium ultimum, quod debemus appetere. Septenarium petitionum penultimum, quod debemus petere. Septenarium virtutum donorum et beatitudinum tamquam medium, per quod debemus transire, ut sic septies in die laudantes nos deum et orantes, impetremus gratiam septiformem virtutum donorum et beatitudinum, qua vincamus septiformem pugnam vitiorum capitalium, et veniamus ad septiformem coronam dotium glorie, adiuvante nichilominus septiformi medicina sacramentorum divinitus ad reparationem humani generis statutorum. **Explicit liber v. Incipit vi. De sacramentorum origine. i.**

Postquam actum est de trinitate dei, de creatura mundi, de corruptela peccati, de incarnatione verbi, de gratia spiritus sancti, consequenter vi agendum est de medicina sacramentali. Circa quam consideranda sunt vii. Agendum est enim de sacramentorum origine, varietate, distinctione, institutione, dispensatione, iteratione et uniuscuiusque integritate. ¶ De origine igitur sacramentorum hoc tenendum est, quod sacramenta sunt signa sensibilia divinitus instituta, tamquam medicamenta, in quibus sub tegumento rerum sensibilium divina virtus secretius operatur, sic quod ipsa et similitudine representat. Et ...

institutione significant, ex sanctificatione conferunt aliquam spiritualem gratiam, per quam anima curatur ab infirmitatibus vitiorum; et ideo principaliter ordinantur tanquam ad finem ultimum, valent tamen ad humiliationem, eruditionem et exercitationem, sicut ad finem qui est sub fine.

Ratio autem ad intelligentiam praedictorum haec est: quia principium reparativum, quod est Christus, Verbum incarnatum, quod sapientissime disponit omnia, quia clemens est, clementissime curat, quia Dominus est, in quantum Verbum incarnatum, reparare et sanare genus humanum aegrotum debuit secundum quod competit ipsi aegrotanti, aegritudini et occasioni aegritudinis et ipsius aegritudinis curationi. Ipse enim medicus est Verbum incarnatum, Deus scilicet invisibilis in natura visibili; homo aegrotus est non tantum spiritus nec tantum caro, sed spiritus in carne mortali; morbus autem est originalis culpa, quae per ignorantiam inficit mentem et per concupiscentiam inficit carnem. Origo autem huius culpae, licet principaliter fuerit ex consensu rationis, occasionem tamen sumpsit a sensibus carnis. Ideo autem quae medicina omnibus his consonas esse oportebat, oportebat quod non tantum esset spiritualis, verum etiam haberet de sensibilibus signis, ut sicut haec sensibilia fuerunt animae occasio labendi, ita essent occasio resurgendi. Cum igitur signa sensibilia, quantum est de se, non habeant ordinationem efficaciae ad gratiam, licet habeant longinquam repraesentationem de sui natura; hinc est quod oportuit ut ab auctore gratiae instituerentur ad significandum et benedicerentur ad sanctificandum, ut sic essent ex naturali similitudine repraesentativa, et ex adiuncta institutione significativa, et ex superaddita benedictione sanctificativa et ad gratiam praeparativa, per quam sanetur et curetur anima nostra.

Rursus, quia gratia curativa non datur elatis, incredulis et fastidiosis, ideo oportuit haec signa sensibilia dari, quae non solum sanctificarent et gratiam conferrent ac per hoc sanarent, verum etiam significatione erudirent, susceptione humiliarent et diversificatione exercitarent, ut sic per exercitationem exclusa accidia a concupiscibili, per eruditionem exclusa ignorantia a rationali, per humiliationem exclusa superbia ab irascibili, tota anima curabilis fieret a gratia Spiritus sancti, quae reformat nos secundum has tres potentias ad imaginem Trinitatis.

Postremo, quia per haec signa sensibilia dicuntur instituta gratiae Spiritus sancti susceptiva, et in eis ab accedentibus invenitur; hinc est quod haec sacramenta dicuntur gratiae vasa et causae, non quia gratia in eis substantialiter contineatur nec causaliter efficiatur, cum in sola anima habeat collocari et a solo Deo habeat infundi; sed quia in illis et per illa gratiam curationis a summo medico Christo ex divino decreto oportet hauriri, licet Deus non alligaverit suam potentiam sacramentis. Ex his apparet non solum quid sit sacramentorum origo, verum etiam quis usus et quis fructus. Nam origo eorum est Christus Deus; usus autem est actus exercitationis, eruditionis et humiliationis; fructus vero est hominum curatio et salutis paratio, quae sit causa efficiens, quia divina institutio; quasi materialis, quia signa sensibiliter repraesentativa; quasi formalis, quia gratiae sanctificatio; quasi finalis, quia bonum medicinalis curationis. Et quia denominatio fit a forma et a fine, hinc est quod dicuntur sacramenta, quasi medicamenta sanctificantia, per quae anima a foeditate vitiorum reducitur ad sanctificationem perfectam. Et ideo licet sint corporalia et sensibilia, sunt tamen veneranda tanquam sacra, quia sacra signa mysteria, ad sacra praeparant charismata, a sanctissimo Deo data, sacra institutione et benedictione divina consecrata, ad cultum sanctissimi Dei in sacra ecclesia constituta; ideo merito dici debeant sacramenta.

De sacramentorum varietate. ii.

De varietate autem sacramentorum hoc tenendum est, quod sacramenta ab initio ad curationem hominis instituta sunt, et semper cum morbo hominis concurrerunt, et usque in finem saeculi perdurabunt; sed alia fuerunt in lege naturae, alia sub lege scripta, alia sub gratia. Et in his omnibus illa quae posteriora sunt, figura sunt evidentiora et effectu gratiae digniora. In lege enim naturae fuerunt oblationes, sacrificia et decimationes; in lege autem scripta introducta est circumcisio, superaddita est expiatio, et superaddita oblationum et decimationum et sacrificiorum multiformis distinctio; in lege autem nova statuta sunt sacramenta numero pauciora, veritate potiora, virtute efficaciora et permanentia digniora, in quibus est impletio simul et evacuatio omnium sacramentorum priorum.

Ratio autem ad intelligentiam praedictorum haec est: quia Christus, Verbum incarnatum, quod est reparationis nostrae principium et fons et origo sacramentorum, cum sit clementissimum et sapientissimum, eo quod clementissimum est, non permisit quod genus humanum morbo peccati sine remedio sacramenti. Eo vero quod sapientissimum est, ideo iuxta dictamen sive immutabilis sapientiae, secundum congruentiam ordinatissimae gubernationis, diversa adhibuit medicamenta et varia secundum mutationem variarum temporum diversorum. Cum igitur ab initio praeteritis temporibus et adventu Salvatoris magis ac magis appropinquante, semper magis ac magis effectus salutis crevit et cognitio veritatis; congruum fuit ut etiam ipsa signa salutis per successionem temporum alia post alia variarentur, ut effectus gratiae dicitur in salutem crescere, simul cum ipsis signis, in ipsis signis visibilibus evidentior appareret. Et ideo primo per oblationes, postea per circumcisionem, ad ultimum per baptismi ablutionem expiationis et vivificationis sacramentum fieri institutum est, quia eiusdem ministrationis sunt et similitudinis: in oblatione quod occultum fuit, in circumcisione vero evidentius exprimitur, per baptismum autem manifestius declaratur. Hinc est quod illa primi temporis sacramenta sicut obscura fuerunt, sic veritatis umbra (?); medii temporis sicut figura seu imago; posterioris sicut corpus, quia in se veritatem et gratiam et curationem continent quam repraesentant, et perfectualiter conferunt quod promittunt.

Rursus, quia plenitudo veritatis et gratiae, quae in lege gratiae exhibetur, est excellentior et multiformior in opere et virtute, per unum signum exprimi non potuit ut decebat; hinc est quod in omni tempore et lege plura fuerunt sacramenta data ad illam veritatem et gratiam exprimendam, sed praecipue in tempore legis figurae, cuius erat figurare, multa signa et varia praecesserunt, quae sua varietate et gratiae multiformitatem exprimerent et excellentiam commendarent, et multiplici commendatione nutrirent parvulos, exercerent perfectos, et duros onerando frangerent, et ad iugum gratiae contritos emollirent.

Postremo, quia veritate superveniente cessat umbra, et figura primitivas sortitur finem interitum (?), quia habito cessare debet eius usus et actus; hinc est quod, gratia superveniente, vetera sacramenta et signa impleta sunt pariter et sublata, quia signa erant promissiva futurorum; et quia primitiva (?) delonganda (?), et nova modico instituta tanquam divino sancita, plenitudinis gratiae et rememorativa quodammodo dominicae passionis, quae fons et origo est gratiae curativae, sunt in nobis sive in his quae praecesserunt adventum; et in his quae praecesserunt tanquam pretium promissum, in his quae sequuntur tanquam pretium persolutum. Et quia non debet gratia promissionis pretii nec ex ratione persolutionis, abundantior debet persoluto pretio quam promisso; hinc est quod passio Christi immediatius sanctificat sacramenta novae legis, et plenior gratia in eis redundat, propter quod illa praeparant et perducunt ad haec, sicut via ad terminum, sicut signum ad signatum, sicut figura ad veritatem, et sicut imperfectum reducitur et praeparatur ad perfectum.

De sacramentorum numero et distinctione. iii.

De distinctione autem et numero sacramentorum novae legis hoc tenendum est, quod ipsa sunt septiformia, secundum congruentiam ad gratiam septiformem, quae per septiformitatem (?) nos reducit ad principium quietis et caelestis civitatis, sicut ad decursum (?) beatitudinis universalis. Horum vero sacramentorum septenarius est: Baptismus, Confirmatio, Eucharistia, Poenitentia, Extrema unctio, Ordo et Matrimonium; quod licet ultimo collocetur propter morbum, concurrit (?) primo: ipsis tamen fuit ante omnes introductum in paradiso, et ante peccatum.

Ratio autem ad intelligentiam praedictorum haec est: quia principium nostrum reparativum, scilicet Christus Deus, Verbum incarnatum, cum sit Dei virtus et sapientia et misericordia nostra, sicut potens, sicut sapiens, sicut clemens, sic debuit instituere sacramenta in lege gratiae, ut nihil praesidii deesset curationi nostrae, in quantum competit statui praesentis vitae. Ad perfectam autem curationem aegritudinis concurrunt haec tria, scilicet expulsio aegritudinis, introductio sanitatis et conservatio introductae salutis.

Primo igitur ad perfectam curationem perfecta et universalis requiritur expulsio morbi. Et morbus est septiformis: tres culpabiles, scilicet culpa originalis, mortalis et venialis; et quatuor poenales, scilicet ignorantia, malitia, infirmitas et concupiscentia. Et non sanat oculum quod sanat calcaneum, sicut dicit Hieronymus; hinc est quod oportuit adhiberi contra hoc septenarium medicamentorum, ad hunc septiformem morbum plenius expellendum: scilicet contra originalem Baptismus, contra mortalem Poenitentia, contra venialem extrema Unctio, contra ignorantiam Ordinem, contra malitiam Eucharistiam, contra infirmitatem Confirmationem, contra concupiscentiam Matrimonium, quod eam temperat et excusat.

Rursus, quia perfecta curatio esse non potest sine restitutione integra sanitatis, et sanitas animae integra consistit in usu septem virtutum, scilicet trium theologicarum et quatuor cardinalium; hinc est quod ad hanc virtutum sanitatem restituendam institui oportuit septiformia sacramenta. Nam baptismus

sanando disponit: ad fidem confirmatio, ad spem eucharistia(?), ad caritatem poenitentia(?), ad iustitiam unctio extrema, ad perseverantiam quae est fortitudinis complementum et summa ordo, ad prudentiam coniugium, ad temperantiam conservandam quam maxime persequitur(?) infirmitas carnis, sed honestas remediat nuptiarum. Postremo quia perfecta curatio esse non potest sine conservatione salutis inductae, et haec salus inducta conservari non potest in conflictu certaminis nisi in acie castrorum, quae est terribilis ut castrorum acies ordinata, et haec quidem fit per plures gradus armatorum; hinc est quod necesse est esse septem sacramenta, ut haec acies sit perfecte et ordinate communita. Et quia contra hostes corruptibiles indiget sacramentis munientibus, relevantibus et renovantibus: munientibus pugnantes, relevantibus cadentes, et renovantibus morientes. Sacramentum autem muniens aut munit ingredientes, et sic est baptismus; aut stantes, et sic est confirmatio; aut exeuntes, et sic est extrema unctio. Sacramentum vero relevans aut relevat a casu veniali, et sic est eucharistia; aut a mortali, et sic est poenitentia. Sacramentum autem renovans aut renovat in esse spirituali, et sic est ordo, qui est ministrativus sacramentorum; aut in esse naturali, et sic est matrimonium. Ordo quidem renovat multimode in esse ecclesiae, quod est omnium fundamentum; ideo praefuit ante omnia inductum, licet propter morbum acquisitum [illegible], et quia minime sanctificat, quamvis significet. Sacramentorum magis intermedium spiritualia collocat et locum sortitur extremum. Unde quia baptismus est ingredientium, confirmatio pugnantium, eucharistia vires resumentium, poenitentia resurgentium, extrema unctio exeuntium, ordo introducentium novos milites, [illegible] et ordo medicamentorum sacramentalium et amorum spiritualium.

De sacramentorum institutione. IIII.

De institutione autem sacramentorum hoc tenendum est, quod septem sacramenta legis gratiae Christus instituit, tanquam novi testamenti mediator et praecipuus legislator, qui vocavit ad promissa aeterna, dedit praecepta dirigentia et instituit sacramenta significantia. Instituit vero ea in verbis et elementis ad eundem significandum et efficaciter sanctificandum; et quamvis semper habent significandi virtutem, sed non semper efficaciam curationis, non propter defectum a parte sui, sed a parte suscipientis. Instituit autem sacramenta praedicta diversimode: quaedam scilicet confirmando et approbando et consummando, ut matrimonium et poenitentiam; quaedam autem insinuando et initiando, ut confirmationem et extremam unctionem; quaedam vero initiando, consummando et in se ipso suscipiendo, ut sacramentum baptismi, eucharistiae et ordinis; haec enim et plene statuit et in se primus suscepit. Ratio autem ad intelligentiam praedictorum haec est: quia principium reparativum est Christus crucifixus, verbum scilicet incarnatum; quod quia verbum est primum coaequale et consubstantiale, est verbum summae virtutis, summae veritatis et summae bonitatis ac perfectionis et summae auctoritatis; et ideo ipsius est ipse novum testamentum condere; ipsius est et legem dare integram et sufficientem, sed evangelicam suae veritatis et bonitatis eius. Ratione quidem summae bonitatis promissa proposuit beatificantia; ratione suae veritatis praecepta dedit dirigentia; ratione vero summae virtutis sacramenta statuit adminiculantia, ut sic per sacramenta virtus reparatur ad implenda praecepta dirigentia, et per praecepta directiva pervenitur ad promissa aeterna. Facta haec verbo aeterno Christo scilicet Domino in lege evangelica, in qua est via, veritas et vita.

Rursus quia principium reparativum non solum est verbum in quantum est verbum, sed etiam in quantum est verbum incarnatum, quod in ipso quia incarnatum omnibus se offert ad notitiam veritatis et omnibus digne accedentibus se exhibet ad gratiam curationis, hinc est quod tanquam plenum gratiae et veritatis ad manifestationem eiusdem significandi sacramenta instituit in elementis simul et verbis, ut dum elementa oculis et verba auribus se offerrent, qui sunt duo sensus maxime cognoscitivi, evidentius daret significationis expressionem; dum et verba sanctificarent elementa, ut plenior fieret efficacia curationis humanae. Quia quod nulli dat [illegible] repugnantiam et impugnationem fonte gratiae interius infunderet, ideo sunt instituta ut significarent semper et universaliter, non autem sanctificent nisi accedentes digne et sine fictione. Postremo quia etsi verbum incarnatum sit fons gratiae sacramentalis, aliqua tamen gratia sacramentalis fuit ante incarnationem, aliqua non nisi post, scilicet missionem; quaedam autem medio modo se habent; hinc est quod oportuit sacramenta institui diversimode. Nam ante incarnationem necessaria fuit et contritio poenitentialis et generatio matrimonialis; ideo haec duo sacramenta non de novo instituit, sed iam a se instituta et naturali dictamine quodammodo impressa confirmavit in lege evangelica, dum poenitentiam praedicavit, nuptiis interfuit, et legem coniugii approbavit, sicut colligitur ex diversis evangelii locis. Ante vero Spiritus sancti missionem non fuit plena sancti Spiritus donatio ad confirmationem, et nondum erat plena confessio(?) nec [illegible] plena ad evolationem; ideo haec duo sacramenta, scilicet confirmationem et extremam unctionem, Christus solum initiavit et insinuavit: confirmationem siquidem manum imponendo parvulis et praedicando discipulis baptizari Spiritu sancto; unctionem vero discipulos ad curandum mittendo, qui infirmos ungebant oleo, sicut dicitur in Marco. [illegible] tempore et regeneratio et cenae ordinatio et spiritualis elevatio; ideo Christus haec tria sacramenta, scilicet baptismum, eucharistiam et ordinem, complete et clare instituit: primo baptismum suscipiendo, deinde formam dando et causas publicando; ordinem vero dando primo potestatem ligandi et solvendi peccata humani generis et postea conficiendi sacramentum altaris; eucharistiam vero comparando se [illegible] et conficiendo et dando imminente passione sacramentum corporis et sanguinis sui. Et ideo haec tria sacramenta per Christum indubitanter et aperte et integre debuerunt institui, et in lege veteri multipliciter figurari, tanquam similia sacramenta novi testamenti et propria legislatoris verbi, scilicet incarnati.

De sacramentorum dispensatione. V.

De dispensatione autem sacramentorum hoc tenendum est, quod potestas dispensationis sacramentorum regulariter spectat ad solum genus humanum; in omnibus autem sacramentis dispensandis necessaria est et dispensatoris intentio; in aliquibus etiam est in dispensatore necessario requisitus ordo sacerdotalis simul et pontificalis. Pontificalis quidem necessarius est dispensatori confirmationis et ordinis. Sacerdotalis vero dispensatori eucharistiae, poenitentiae et unctionis extremae. Baptismi autem et matrimonii, licet ad sacerdotes spectet, possunt tamen praeter ordinem sacerdotalem dispensari de facto, maxime in articulo necessitatis. His autem existentibus, sacramenta dispensari possunt a bonis et malis, a fidelibus et infidelibus, in ecclesia et extra, sed intra scilicet ad veritatem et utilitatem, extra vero ad utilitatem non, licet ad veritatem. Ratio autem ad intelligentiam praedictorum haec est: quia principium reparativum, scilicet verbum incarnatum, quia in quantum Deus et homo sacramenta instituit ad salutem hominum, ordinatum sic et congruum fuit ut hominibus dispensaret per ministerium hominum, propter suadendam conformitatem dispensationis ad salvationem, et ad ipsum hominem salvandum. Cum igitur ratio salvationis humani generis salvandi sed quae exigebat aequitas iuris, dignitas ordinis et securitas salutis: oportet autem esse salutem nostram in recto, ordinato et certo; hinc est quod secundum horum trium exigentiam sacramenta commisit hominibus dispensanda. Primo igitur quia rectitudo iuris exigit ut opera hominis, sed quae homo non sufficienter [illegible], et opera hominis ut ministri est aliquo modo referuntur ad eum, et opera hominis ut ministri salutis aliquo modo referuntur ad salutem vel in generali vel in speciali, et dispensatio sacramentorum est opus hominis ut rationalis et ut ministri et ut ministri salutis, hinc est quod necesse est quod fiat ex intentione, et ex intentione qua quis intendit facere quod Christus instituit ad humanam salutem, vel saltem facere quod facit ecclesia, in qua clauditur in generali intentio praedicta. Cum ipsa sic sacramenta a Christo accepit, sic ad fidelium salutem dispensat. Rursus quia ordo dignitatis exigit ut maiora maioribus et minora minoribus et media mediocribus committantur, et quaedam sunt sacramenta quae praecipue respiciunt ad excellentiam virtutis et dignitatis, ut sacramentum confirmationis et ordinis; quaedam quae respiciunt indigentiam necessitatis, ut baptismus et matrimonium, quorum unum generat et alterum regenerat ad exigentiam debitam; quaedam autem media, ut eucharistia, poenitentia et unctio extrema; hinc est quod prima tanquam suprema non possunt dispensari nisi ab episcopis et pontificibus, quod est de iure communi; alia vero tanquam infima possunt a quibuscumque ordinibus et personis inferioribus dispensari, maxime in articulo necessitatis; quod dico propter baptismum. Media vero a solis sacerdotibus [illegible]

epõs · et inferiores p̄s ſt̄ q̄ī in medio conſtituti. Poſtremo quia ſecu
ritas ſalutis exig· ut res ſic ſtat. ut indubium n̄ cadat · ⁊ nullus
ē q̄ cert⁹ ſit de bonitate et credibilitate diſpenſatoris · et ideo ipſe n̄
ē cert⁹ de ſe · an amore · vel odio dignū ſit · ideo ſi ſacr̄a · diſpenſari
poſſet a bonis ſolū · null⁹ eēt cert⁹ de ſuſceptione ſacr̄i · ⁊ ſic oportet ſpī
tuali · et malicia vni⁹ · preiudicaret ſaluti alteri⁹ · ⁊ illa ē eēt ſta
bilitas in gradib; · Janua · eccl̄e · q̄ mar⁹ conſiſtit in ſacr̄is diſpenſandis ·
Et ideo congruū fuit · vt ſacroꝝ diſpenſatio · committeret̄ hoī · n̄ in re ſcilicet
q̄ variat̄ · ſ; voluntate · ſ; in re autē q̄ ſp̄manēt · q̄ ē de ſe · ac p̄b
optimū · q̄ ſe · extendet̄ ad bonos · et malos · ad eos q̄ ſt̄ īt · ⁊ q̄ ſt̄
ex · eccl̄ · verū quia ex virtute fidei · et eccl̄e q̄ facit nos filios eccl̄e
et mb⁹ · null⁹ poteſt ſaluari · ideo ſi ſacr̄a · ex recipiat̄ · n̄ ad ſalt̄ re
cipiunt̄ · quāvis ſit · vā ſacrā · ⁊ vtilia poſſit fi · ſi q̄s redit ad
ſcā mrē eccl̄am · vnica ē ſponſa · cui filios tamē xp̄s dignos reputat
eterna hereditate · vt ait aug̃ · contra donatiſtas · Etenim paradiſo comparata di
cit nb̄ poſſe q̄dē bap̄ ei⁹ · homines ē foras accipe · ſ; ſalt beatitudīs
nēnē ex eande accipe · vel tenere · Sicut et flumina de fonte paradiſi · ſicut
ſcriptura teſtat̄ · ē foras largit̄ emanauer̄ · Nominati quippe commemo
rant̄ · et p̄ q̄s trāſfluunt̄ · et q̄ extra paradiſum conſtituta ſit̄ omnib⁹
notū ē · Nec tamen in meſopotamia · vel egipto · q̄ illa flumina p
ueniūt̄ · ē felicitas vite · q̄ in paradiſo commemorat̄ · ita fit · vt cū
paradiſi aq̄ · ſit̄ ex paradiſum · beatitudo tamē · n̄ n̄ in paradiſo ē · Sic ergo bap̄
poteſt eſſe ex eccl̄am · munus aūt · beate vite · n̄ n̄ in eccl̄a reperit̄ · q̄ ſup̄ pe
tram ē fundata · q̄ ē ligandi · et ſoluendi claues accep · Hec ē v
na q̄ tenet et poſſidet omē ſponſi ſui · ⁊ dn̄i poteſtatē · p̄ q̄ coniugalē poteſtatē
⁊ de ancill̄ parit filios ſacr̄e · pot · q̄ ſi n̄ ſuperbiant · in parte hereditatis
vocabunt̄ · ſi aūt ſuperbiant ex remanebunt̄ · orig̃ ergo q̄dē · p eccl̄e hon̄e
atq; vnitate pugnam · ſi n̄ tribuamus hereticis q̄dē apud eos ē
agnoſcam⁹ · ſ; eos arguentes doceamus · q̄d ex vnitate hn̄t · nec
valet ad ſalt · n̄ ad eandē venerit vnitatē · De ſacrament. iteratione
De iteratione ſacroꝝ · hoc tenendū ē · q̄ l; · eccl̄e ſit omnib; ſacr̄is VI.
n̄ iterū ſit eandē p̄ et materiā · ex eadē cā · ne fiat contu
melia ſacr̄o · ſpaliter tamen tria ſt̄ ſacr̄a · q̄ n̄ ſt̄ aliquāten⁹ iteranda
· ſ · bap̄ · confir̄ · ⁊ ordo · Jn his namq; trib; imprimit̄ caract̄ · ſp̄
interior · q̄ n̄ delet̄ · ſicut quoſ caract̄ bapt̄ · retinet fundament̄ n̄
aliud poſſet imprimi · n̄ ille p̄mit̄ · impingat̄ · vn̄ ſi q̄s ordinat̄ n̄ bap̄
n̄ p̄ſ⁹ effic̄ · ſ; ē tot̄ de nouo fac̄ · q̄ n̄ dr̄ iteratū · q̄d con
ſtat n̄ fuiſſe factū · Ratio aūt ad itell̄ia pdc̄oꝝ · h̄ ē · q̄ p̄n̄ rr̄
reparat̄ ꝯ̄bū · ſ · incarnat̄ · l; rōē ſumme vt̄s · ⁊ ſap̄ · et bonitatis
ſue · n̄ agat ineſſicaciter · n̄ tepide · n̄ infructuoſe · potiſſime
tamē obſuare · d; in nobiliſſimis ſuis operib; · cuiuſmodi illa ſt̄ · p q̄ re
parat̄ genus hum̄an · Cum ergo · ſac̄ · ſt̄ · de gn̄e hi opm dicoꝝ · hic ē
q̄ contumelia · quamdo fit eis · q̄n ſt̄ eandē materiā ⁊ f̄p · et
ex eadē cā iterant̄ · q̄ in h̄ o⁹ · q̄ p⁹ diſpenſata fuit̄ ineſſicatia
tepida et infructuoſa · cōtra id q̄ congruebat ipſi reparati p̄n̄ · vt̄ · ſap̄ ·
et bonitas ſua · q̄ ſp̄ aſſiſtit ad operand̄ in ill̄ · et p illa ſacra ·
Adiuſt⁹ · quoniam in h̄ ſacra · reparat̄ · in q̄b; eſt generalit̄ efficac̄ diē
vt̄s ad reparatōi humanū gn̄is · quia; ſt̄ q̄ tr̄ introducta ſup̄ rem̄ ·
morboꝝ · quia; ē n̄ ſolū ad h̄ · ſ; ad ſtatuend̄ · diſcernendū · et ordi
nand̄ in eccl̄a p̄achios grad⁹ · et morbi poſſit initiari ⁊ repelli et
in ardua itēm grad⁹ aūt eccl̄e debet̄ ē firmi · ſolidi · ⁊ acculſi ·
hic ē q̄ ſacra · q̄ reſpiciunt̄ morbos itabiles · hn̄t effect⁹ tamē
ſciētes · ac p̄ hoc · ⁊ itabiles · rōē noue cāe · Sacra vō illa q̄
reſpiciunt̄ grad⁹ par̄s et ſtat̄ fidei · dedicatos · necē ē · q̄ ſt̄ ef
fcꝯ remediantes · aliq̄s effēs tribuat̄ permanentes · ad gradū
et ſtatuū eccl̄e · diſtinctiōe firmā · et ſtabiles; Et q̄ h̄ n̄ p̄ fi · p dc̄a
ſ̄alia · vel p dc̄ā gratuita gr̄ā facientia · Necē ē · q̄ fiat p aliq̄
ſig̃ · ſbē · incorrup̄ · ſ · aīe · incorrupt̄ · ap̄ſ · incorruptl̄ · ſ; conformitate
ad incorrup̄ · indelebile · et gr̄ās ipſa · q̄ caracteres appellat̄ · Et
quoniam nūq̄ delet̄ · ideo n̄ iterū p̄t̄ · n̄ illa ſacrā · in q̄b; caracteres imprimit̄ ·
Poſtremo quia t̄ ē ſtat⁹ fidei · ſ; q̄ h̄ fi diſtinctio · in ſp̄ rāo · vid;
in ſtatu eccl̄e · par̄ · ſ · ſtat̄ fidei genite · roborate · ⁊ mltiplicate · ſ; p̄ f̄
diſtinctō fidelium ab incredul̄ · p̄ ſ; f̄ diſtīx · fortium ab infirmis · ⁊
debilib; · p̄ tertiū f̄ diſtīc · clericoꝝ a laicis · hic ē · q̄ illa ſacra
q̄ reſpiciunt̄ ſp̄eci fidei ſtatū p̄dc̄; · caracteres imprimit̄ · p̄ q̄s indele
bilit̄ ipſos diſtinguat ſp̄ · ac p̄ h̄ nūq̄ · iterari poſſit̄ · Qm̄ ergo
bap̄s reſpicit ſtatū; fidei genite · in qua pp̄ dei diſting̃ ab incre
dul̄ · ſicut iſrl̄ite · ab egyptiis · Et confir̄ · reſpicit ſtatu; fidei roborā
te · in q̄ diſting̃ pp̄ fortis ab infirmis · ſicut pugiles ab hiis q̄ ad
pugnādū n̄ ſt̄ ydonei · Ordo reſpicit ſtatū fidei mltiplicate · in q̄ di
ſting̃ cler⁹ a laycis · ſicut leuite ab aliis trib; · hic ē · q̄ in his
trib; ſacr̄is caracteres imprimit̄ · Quia vō diſtīx · pp̄ · am̄ ſp̄ · ē · p̄ · et
radical⁹ · hic eſt q̄ caract̄ bap̄ · ē fundament̄ omiū aliorū caracterū
et ideo illo ſubtracto · n̄ poterit ſuperedificari · ac p̄ h̄ · o; de nouo fi ·
Sic aūt ſubſtituat ille aliū imprimi poſſit · n̄ vn̄q̄ vltra⁹ iterandi ſunt ·
Hec ſacr̄a · tertia p̄dc̄a · q̄ hos imprimit · ex cā āq̄ iterant̄ · ⁊ gr̄ās dīſcō
rantib; · deb; īponi p̄cā · pp̄ diuī ſacri contumeliā · l; · alia · in̄ ·
et cāūs diuiſis · poſſit̄ ſine ſua contumelia iterari · De conſtitutione
et integritate bapti
Jam nūc · vij · loco · reſtat vidē · de integritate
el; ſacr̄i · q̄ cū ſit in nūo ſeptenā · p̄dicend̄ ē · de integritate VIJ.
bap̄ · ē ianua alioꝝ ſacroꝝ · De · integritate ergo ſacr̄i bap̄ · h̄ tenend̄
ē · q̄ ad h̄ · q̄ aliq̄s baptiget̄ vere · et plene · req̄ expreſſio forme
vocal⁹ · ad inſtitutē · q̄ ē · h̄ · Ego te baptigo in nōie patris · ⁊ fi
lij · et ſp̄c ſci · amen · abſ; obmiſſione vocabli · et ſine īpoſitione
vocabli · abſ; p̄poſtatōe ordis ſd̄ā · et ſn̄ commutatione nōiꝰ p̄
nōiatū · Req̄ · et immiſio · vel ablutō p elemētū aq̄ in toto corpe
vel ſalte in digniori pte · ſ̄ q̄ expreſſio · et immiſio fiat ab uno et
eodē · et in eodē tp̄e · quib; concurrentib; ſi nō ſit fictō in bapti
zato
dat̄ ei gr̄a regnatōis · rectificans · ⁊ purificans · ab oī culpa · Ad
v̄ efficanti⁹ fiat · cathecīſmi⁹ et exorciſm⁹ · tāq̄ ſpatoꝝ premit
tunt̄ · tā in puul̄ q̄ in adultis · ita tamē · q̄ in adultis req̄ fides
p̄pa · in paruul⁹ aūt ſuffic̄ aliena · Rō aūt · ad itell̄ia p̄dc̄oꝝ
h̄ eſt · q̄ cū p̄n̄ · n̄ reparat̄ · vbū; · ſ · incarnatū; · tāq̄ p̄fectiſſimū
et ſufficientiſſim⁹ p̄n̄ · habeat reparare gen̄ humānū · p medicīā ſacr̄oꝝ · ī
ſ q̄ n̄ ſit in eis ſuperfluū · n̄ inordinatē · n̄ ē diminutū · in diſpo
ne debuit ſacr̄m bap̄ · et alia integrari · ſ; q̄ congruebat ſua vnit̄
ūnā ſal⁹ · ⁊ ē nr̄ morb⁹ · Cum ergo vnit̄ nōs reparans · ē vt̄ tri
mu⁹ · q̄ ſcā mat̄ eccl̄a cred̄ in aīō · confitet̄ in vbo · p̄fitet̄ in ſigno
ſb̄ tn̄; p̄z diſtinctiōe · et p̄prietate · ordine · et origine nāl; · Eſt ē
vt̄ paſſionis · ē · q̄ mortuus et ſepl̄t⁹ fuit · et die tertia reſurrexit
hic eſt q̄ ad hoꝝ expreſſione in ſacro · q̄d p⁹ omiū ſacroꝝ ē · et in q̄
p̄ · et p̄ncipa⁹ · h̄ vnit⁹ operat̄ · debuit fi expreſſio trinitatis diſtinc
ta p̄pa et ordinata nōiatōe · q̄ ē de for̄ · cōi · l; in tp̄e p̄mitiue
eccl̄e · potuit fi · in nōie xp̄i · in quo itell̄is claudit̄ trinitatis · debuit
ē fi · expreſſio vbi bapt̄ · ē trina immiſione · ad expreſſiōe mortis
xp̄i · et ſepl̄ture · ⁊ reſurrectōis · p̄ triduū fc̄e · q̄ ē de congruitate · Et
quia ſimul operat̄ vtraq; vnit⁹ · et in uno ſaluatore xp̄o · vtq; ho
d; fi · ab uno et eodē ſimul · et in eodē tp̄e pp̄ ſuitā vnitatē ·

in sacramento et signa veritatem in saluatore nostro et mediatore christo.
Ceterum quia salus non requirebat inchoari pregnationem seu renouationem
in esse gratie conferentis spiritualem esse abstergendo immunditiam effugando
tenebras et refrigerando concupiscentiam quam vniuersali labefactione ab homine
descendente seminaliter ab adam. hinc est quod sacramentum primum quod est regenerationis
debuit fieri in elemento quod habet conformitatem et naturalem representationem ad
tres effectus predictos gratie inchoantis vnitatemque salutis. Cum ergo aqua sua
puritate mundat. sua perspicuitate luminis est delatiua. sua frigiditate
refrigerat. et maxime quia communis est omnibus inter ceteras liquores. hinc est quod sa
cramentum regenerationis vite perfici debuit in elemento aque indifferenter. quia omnis
aqua omni aque est eadem specie. et ideo nec aliis preter eam eligi potest salutis
pariter ratione. Postremo quia morbus non est nisi quod primum est baptismus et originalis peccatum
quod animam priuat vita gratie et omnium virtutum rectitudine habilitate. et
prima conditione reddit. adhuc gratie exclusione et educit aliunde. et paruulum
facit concupiscibilem. et adultum actu concupiscentem reddit quantum et in dyaboli servi
tute et in potestate principis tenebrarum. hinc est quod ad hoc quod perfectum sacramentum
per omnia sufficiens adhibeat remedium. agit in eo datum gratie rectifi
cantis in septiformi virtute. et purgatorie virtutis habilitate. gratiam purifi
cantem ab omni culpa et puritatem. adhuc decordationem vitiosam.
Et quoniam originale peccatum contrahit alienum. et paruulum facit concupiscibilem. et adul
tum concupiscentem. Necessaria est adulto fides propria et propria. et paruulo sufficit
aliena. que scilicet est in vniuersali ecclesia. Quia vero baptismus debet eruere de seruitute
dyaboli. et de potestate principis tenebrarum tam paruulos quam adultos. hinc
est quod vtrique exorcizari debet. ad expulsionem potestatis contrarie. vtrique et
cathetizari adulti vt expulsa caligine erroris. informentur ad fidem.
paruuli vero vt sciant patrini quod eos debeant edocere. Ne propter defectum de
fectu impediat baptismi sacramentum quod minimum habet suum finem. De integritate confirmationis. vii.

De sacramento confirmationis. hoc tenendum est. quod ad ipsius integritatem requiritur forma
vocalis que scilicet more magis communis est. Signo te signo crucis. et confirmo
te crismate salutis. in nomine patris et filii et spiritus sancti. Requiritur et crisma
quod conficitur ex oleo et balsamo. de quo cum primarius episcopi signo
crucis fronti imprimitur. sub predicta forma verborum confirmationis. suscipitur sacramentum
per quod confirmatur homo ut pugil. ad nomen christi audacter et publice confitendum.
Ratio autem ad intelligentiam predictorum. hec est. quia quia principium nostre reparationis verbum scilicet
incarnatum. sicut eternaliter conceptum est in corde patris et temporaliter in carne
sensibiliter apparuit homo. sic nemine reparat. nisi ipsum et corde concipi
at credendo. et creditum exterius deprimat confitendo confessione. vbi
enim est confessio veridica. veritate plena. que non tantum est veritatis
speculatiue vera sed practica. hec autem est. in qua non tantum est adequatio intellectus
formis rei vere sed in qua totus homo confirmatur scilicet intelligentia. vnde scilicet com
placentiam voluntatis et scilicet adherentiam virtutis vt sic ex toto corde. tota anima
et tota mente sic ex corde puro et conscientia bona. et fide non ficta. et
talis est confessio integra. placida et intrepida vt sit integra ratione eius quod est
placida ratione eius coram quo est. intrepida ratione eius a quo sit haberi illa confessio.
Cum ergo adhuc homo pusillanimis non est ydoneus. nec primarius firme gratie
confirmet. ideo ad hoc sacramentum confirmationis fuit diuinitus institutum tamquam immediate
sequens baptismum. Quia vero finis imponit necessitatem hiis que sunt ad finem
ideo integritas debet. hoc sacramentum sicut exigentia confessionis predicte. et similiter eius
determinatione predictarum. Primo ergo quoniam confessio debet esse integra
et integritas confessionis non est. nisi quis confiteatur christum verum hominem
pro hominibus crucifixum. eundemque verum dei filium incarnatum patri et spiritui
sancto per omnia coequalem. inde est quod in forma vocali non tantum fit expressio ac
te confirmandi verum etiam ipsius signum crucis et nominis beatissime
trinitatis. Amplius quia confessio debet esse placita ratione eius coram quo fit.
et filius habet coram deo. et hominibus. et deo non potest placere nisi assit lumen
intelligentie. et nitor conscientie. nec proximo nisi assit odor bone fame. et vi
te honeste. ideo ad horum designationem in elemento exteriori commiscetur oleum
oliuarum. quod est nitidum. et balsamum. quod est odoriferum. vt per hoc significetur
quod confessio ad quam hoc sacramentum ordinat et disponit. conueniens
debet habere nitorem conscientie et intelligentie cum suaui odore fame vite quia fa
me. ne aliquis contrarius sit. inter linguam et conscientiam. vel inter linguam
et famam. propter quod talis confessio non acceptetur ab homine. nec approbetur a deo. Postremo quia talis
confessio debet esse intrepida. vt nec pudore. nec pudore dimittat
quis dicere veritatem. et christi persecutoris et ignominiosam mortem in
cruce confiteri. propterea formidet vel erubescat. propterea horrens in consilie
tandem pena. et ignominiam passionis. et hic pudor et timor po
tissime apparet in facie. et maxime in fronte. ideo adhuc verecundiam et
formidinem propellendam et manus potentia imponitur quod confirmat. et crux
fronti imprimitur vt non erubescat eam publice confiteri. nec formidet pro confessione
nominis christi. si opus fuerit quacumque penam vel ignominiam sustinere. tamquam verus
pugil. vere ad pluram. et tamquam miles strenuus ferens in fronte re
gis sui signum. et crucis eius triumphale vexillum. est quod propter sit ho
stium cuneos penetrare secure. et est propter crucis gloriam libere predicari
sic tamen penam et ignominiam formidet iuxta quod dicebat sanctus andreas
Ego si crucis ignominiam expauescerem. crucis gloriam non predicarem.
De integritate eucharistie. ix.
De sacramento eucharistie hoc tenendum est.
quod in hoc sacramento verum corpus et verum sanguis christi. non tantum significantur
sed etiam veraciter continentur. sub duplici scilicet specie panis et vini. tamquam sub
vno. non duplici sacramento. hoc autem est per consecrationem sacerdotalem que fit in
platione vocalis forme a domino institute. scilicet panis scilicet hoc est corpus meum. super
vinum vero. hic est calix sanguinis mei. Quibus verbis est intentione conficiendi
a sacerdote platis. transsubstantiatur vtrumque elementum scilicet substantiam in corpus et
sanguinem christi. remanentibus speciebus sensibilibus. sub quarum vtraque continetur
totaliter. non circumscriptibiliter. sed sacramentaliter totus christus. in quibus et proponitur nobis
viatoribus. quod qui digne recipit. non solum sacramentaliter verum etiam per fidem et caritatem
spiritualiter manducando. corpori christi mistico magis incorporatur. et in se ipso
reficiatur et purgatur. Qui vero indigne accedit. iudicium sibi manducat et bibit
non diiudicans sanctissimum corpus christi. Ratio autem ad intelligentiam predictorum
hec est. Quia principium nostre reparationis verbum scilicet incarnatum et sufficientissimum
est in virtute. et sapientissimum in sensu. ideo sic nobis contulit sacramenta
sed quod exigit sapientia. et sufficientia sua. Et quia sufficientissimum est
ideo in largiendo medicamenta morborum. et carismata gratiarum. non tantum
instituit sacramenta. que in nos esse gratie generarent. vt baptismus et generatos
augmentarent. et roborarent. vt confirmatio. verum etiam que generatos
et augmentatos nutriret. vt sacramentum eucharistie. propter quod hec tria sacramenta
omnibus dantur. qui accedunt ad fidem. Cum ergo nutrimentum non quod ad
esse gratuitum attendatur in vno quoque fidelium. per conseruationem deuotionis
in deum. dilectionis ad proximum. et dilectionis inter seipsos. et deuotio ad
deum exercet per sacrificium oblationis. dilectio ad proximum per vnionis
sacramentum communionis. et dilectio inter seipsos per viatici refectionem. hinc est
quod principium nostre reparationis. istud sacramentum eucharistie dedit in sacrificium oblationis
et sacramentum communionis. et viatice refectionis. Quia vero principium nostre re
parationis. non tantum est sufficientissimum verum etiam sapientissimum. eo quod omnia agere
ordinate. ideo sic dedit et disposuit nobis in sacrificium sacramentum et viaticum.
exhibere sed quod competit tempori gratie reuelate. statui vie. et capa
citati nostre. Primo ergo quoniam tempore gratie reuelate requiritur vt iam
non offeratur oblatio qualiscumque. sed pura. placita. et plenaria. et
nulla alia est talis nisi illa que fuit in cruce oblata. scilicet christi corpus.

et sanguis. Hinc est quod, cum in hoc sacramento non tantum figurative verum etiam veraciter corpus Christi contineatur tamquam oblatio huic tempori debita; cum tamen similiter quia Christus gratiam conservat quia sacramentum communionis et dilectionis, et tamen sit communionis et dilectionis significativum, verum etiam ad illam inflammans et efficiat quod figurat, et quia maxime nos inflammat ad dilectionem mutuam, et maxime unit membra cum unitate capitis, a quo per amoris diffusivam unitatem et transformativam manat in nos dilectio mutua. Hinc est quod in hoc sacramento continetur verum Christi corpus et caro immaculata, quae sese nobis diffundens et nos invicem uniens et in se transformans per ardentissimam caritatem, per quam se nobis dedit, se pro nobis obtulit et se nobis reddidit, et nobiscum manet usque in finem mundi. Postremo, quia modus refectionis competens statui gratiae est refectio spiritualis, communis et salutaris; refectio autem spiritus est Verbum vitae, ac per hoc refectio spiritus est in carne Verbum incarnatum, scilicet caro Verbi, quae cibus est communis et salutaris, quia licet sit una, omnes tamen salvat perpetua. Caro autem non est dare alium cibum spiritualem communem et salutiferum nisi ipsum verum corpus Christi. Hinc est quod necesse est ipsum in hoc sacramento esse veraciter contentum. Exigebat hoc perfectio sacrificii placativi, sacramenti unitivi et viatici refectivi, quod debet esse in tempore novi testamenti et gratiae revelatae et veritatis Christi.

Rursus, quia status viae non compatitur apertam visionem propter velamen aenigmatis, et propter meritum fidei non convenit carnem dentibus attrectare, et propter horrorem crudelitatis et immortalitatis ipsius corporis, ideo necesse fuit corpus et sanguinem tradi velatum sacratissimis symbolis et similitudinibus congruis et expressis. Et quia nihil magis est idoneum ad refectionem quam cibus panis et potus vini, nihil magis idoneum ad significandum veritatis corporis Christi unici et mystici quam panis factus de mundissimis granis et vinum expressum de purissimis acinis in unum collectis, ideo sub his speciebus magis quam sub aliis debuit sacramentum istud exhiberi. Et quia Christus sub illis speciebus debebat esse non secundum mutationem factam in ipso, sed potius in eis, ideo ad placationem duplicem, ubi praedicta, in qua insinuatur exsistere Christus sub illis speciebus, sit conversio substantiae utriusque in corpus et in sanguinem, remanentibus solum accidentibus tamquam signis ipsius corporis contentivis et etiam expressivis. Quia vero Christus beatus et gloriosus non potest dividi nec in partes scindi nec separari ab anima nec a deitate sua, ideo sub utraque specie est unus Christus et totus et indivisus, scilicet corpus, anima et deitas; ac per hoc utrobique est unum et simplicissimum sacramentum continens totum Christum. Et quia quaelibet pars speciei signum est corporis, hinc est quod totus sic est in tota specie quod in qualibet eius parte, sive sit integra sive divisa; ac per hoc non est in eo ut circumscriptum vel occupans locum vel habens situm vel perceptibile per aliquem sensum corporeum et humanum, sed omnem latens sensum, ut fides habeat locum et meritum. Propter quod etiam non deprehenduntur accidentia illa habere omnes operationes quas ante habebant, licet sint praeter subiectum. Quamdiu continetur in se Christi corpus, quod quidem est quamdiu durant in suis proprietatibus naturalibus; et sic usquequo adveniat ad exuendum. Postremo, quia capacitas non ad efficaciter suscipiendum non est actione, sed in spiritu mentis, in ventre, sed in mente; et mens, cum non attingit nisi per cognitionem et amorem, per fidem et caritatem, in qua fides illuminat ad recognitionem et caritas inflammat ad devotionem, ideo ad hoc quod quis digne accedat atque spiritualiter comedat, ut sic per concordationem fidei masticet, per devotionem amoris suscipiat, per quod non in se transformet Christum, sed ipse potius in ipsum traiciatur in eius mystico corpore. Propter quod manifeste colligitur quod qui tepide et indevote et inconsiderate accedunt, iudicium sibi manducant et bibunt, quia tanto sacramento iniuriam faciunt; et ideo consilium est his qui se sentiunt minus mundos mente vel carne vel indevotos, ut differant quousque ad usum veniant ad hoc paratos, mundi, devoti et conspecti accedant. Propter quod etiam hoc sacramentum praecipue est celebrandum cum sollemnitate, tam quantum ad locum quam ad tempus, tam quantum ad verba et orationes, quam ad vestimenta et celebrationem missarum, ut tam ipsi sacerdotes conficientes quam percipientes suscipiant gratiae donum per quod perficiantur, illuminentur, purificentur, vivificentur et in ipsum Christum per excellentissimum amorem ardentissime transferantur. De integritate poenitentiae. X.

De sacramento poenitentiae hoc tenendum est, quod ipsum est secunda tabula post naufragium, ad quam naufragantes per mortale peccatum recurrere possunt, quam divina institutio in statu praesentis vitae quotienscumque et quandocumque divinam clementiam voluit implorare. Ipsius autem partes integrales sunt contritio in animo, confessio in verbo et satisfactio in facto; ex quibus tota poenitentia integratur, cum peccator omne mortale peccatum perpetratum de facto deserit, verbo accusat et animo detestatur, propterea nisi rite praecedentibus his ac debito modo concurrentibus, cum absolutione facta ab eo in quo est ordo clavium et iurisdictio absolutionis, homo a peccato revertitur et reconciliatur. Medium autem clave sacerdotali, per quam iudicium non tantum habet sibi absolutionem, verum etiam correctionem et relaxationem, quam praecise habet sibi a beato tamquam a beato sponso.

Ratio autem ad intelligentiam praedictorum haec est: quia primum principium reparativum, scilicet Verbum incarnatum, eo ipso quod Verbum, fons est veritatis et sapientiae, eo ipso quod incarnatum, fons est pietatis et indulgentiae. Ideo debet reparare genus humanum per medicamenta sacramentorum et sapienter contra sapientiam morbum, quod si est peccatum mortale, tunc quod decet pontificem piissimum, prudentem medicum et iudicem aequissimum, ut sic in curatione non appareat ubi incarnati sua clementia praedicta et iustitia.

Et quia in curatione huius morbi culpa propria apparet, Deo ipsi est pontifex piissimus sua clementia, et sua pontificis clementia excellit omnia humana peccata quaecumque et quantacumque sint et quotiescumque fuerint perpetrata; hinc est quod poenitentem suscipere ad veniam est ipsi pontifici clementissimo non semel nec bis, sed quotienscumque suppliciter imploraverit clementiam Dei. Et quia divina clementia vere et suppliciter imploratur quando incipit poenitentiae lamentum, et ad hoc potest homo convertere se quamdiu est in statu praesentis vitae, quia vertibilis est in bonum et in malum, hinc est quod quantumcumque et quotienscumque et quandocumque peccator peccaverit, ad poenitentiae sacramentum potest habere refugium, per quod sibi fiat remissio peccati.

Rursus, quia in curatione non decet manifestari ipsi est medicus peritissimus summa prudentia contraria per contraria medicari, et in adhibendo remedium gratia, per quam non tantum morbus auferatur, verum etiam praecaveatur, cum peccet in Deum delectatione, consensu et perpetratione, scilicet corde, ore et opere, hinc est quod praedictissimus medicus instituit ut contra ordinationem peccantis sit tripartita, scilicet afflictiva in spiritu tristitiae et operatione, quae sit per delectationis complacentiam occultam esse reformata poenitentis, sed tristitia vi praedicta per dolorem poenitentiae acceptam in corde, per expressionem expressam in ore, per confessionem consummatam in opere per satisfactionem. Et quia omne peccatum mortale hominem a Deo avertit et unitati gratiae opponit et unam prudentiam hominis in certitudine punit, hinc est quod ad hoc quod poenitentiae sacramentum sit sufficiens ex suis partibus integrum, necesse est quod poenitentia habeat de omnibus peccatis, et quantum ad praeterita per displicentiam de perpetratis, et quantum ad praesentia per cessationem de perpetrandis, et quantum ad futurum per propositum nunquam recidivandi vel in idem vel in aliquod peccatum, ut sic totaliter recedendo a culpa propria divinam gratiam suscipiat, per quam obtineat veniam omnium peccatorum.

Postremo, quia in curatione morbi manifestari debet ipsius iudicis recta iustitia, et ipsi in tempore praesenti non est iudicare ante finale iudicium, ideo ad particularia iudicia ante finem iudices debuit constituere. Et iudices isti inter Deum offensum et hominem offendentem sint quasi medii, videlicet pacem et propositum per Christum a Domino, quia illi sunt patres, pastores et familiares, eorum officium quod sit circa ministerium sacramentorum, scilicet sacerdotes; ideo omnibus in sacerdotali ordine constitutis et solis datur potestas duplex clavis, scilicet clavis scientiae ad discernendum et clavis quae est ligandi et solvendi potestatis ad iudicandum et absolutionis beneficium impendendum. Et quia ob confusionem vitandam nihilominus est pluralitas in ecclesia militante, cum ipsa ordinata debeat esse, sed potestas iudiciaria ordinata, ideo haec potestas ligandi et solvendi concessa est uni et summo sacerdoti, cui collata est tamquam summo capiti potestas universalis, et deinde secundum particulares ecclesias dividitur in pastores, ita quod potestas in episcopos

Deinde in presbyteros descendit accipitque minorationem. Ideo licet unusquisque sacerdos habeat ordinem et claves, ad eos tamen usus clavium se extendit qui sibi ordinarie subiciuntur, vel sibi ab eo qui habet maioritatem ordinariam committuntur. Cum vero illa maioritas potestatis sit in capite summo et deinde in episcopo et postremo in sacerdote curato, propter quod ad quemlibet horum committitur alterius sufficienter quidem ab infimo, magis a medio, et maxime a supremo. Et quia in pontifice summo et in episcopis est maioritas non tantum ad iudicandum in foro conscientiae, verum etiam in aperto, tanquam in illis quibus commissum est decus regni et custodia, sicut sponso committitur sponsa, hinc est quod gladium habent plenum et possunt pro tempore ad universalis defensionem Ecclesiae, et possunt largiendi de thesauris meritorum Ecclesiae quos habent repositos et commendatos, tanquam accipientes quam ambos, et hi in relaxatione. Unde sicut tanquam veri Dei iudices ligandi et solvendi integram possideant potestatem, possunt in poenitentes sententiam ferre et excommunicare rebelles, et modo absolvere et reconciliare Deo et sanctae matri Ecclesiae vere poenitentes.

De integritate unctionis extremae. xi.

De sacramento unctionis extremae haec in summa tenenda sunt, quod ipsum est sacramentum exeuntium ex hac vita, praeparans et disponens ad sanitatem perfectam, valens quidem ad delendum venialia et ad recuperandam sanitatem personae, si id animae expediat. Ad huius sacramenti integritatem requiritur oleum simplex sed consecratum, vocalis expressio orationis, iunctio infirmi in septem locis corporis, scilicet in oculis, auribus, naribus, labiis, manibus, pedibus et lumbis. Exercere debet istud sacramentum dari non nisi adultis et postulantibus, imminente periculo mortis, et hoc per manum ministerium sacerdotis. Ex quo colligitur quod in hoc sacramento et confirmationis est differentia septiformis, scilicet in efficacia, in materia et forma, suscipiente, dante, loco et tempore. Ratio autem ad intelligentiam praedictorum haec est: Quia cum principium reparativum nos reparet in quantum mediator Dei et hominum, homo Christus Iesus, et in quantum Iesus habet salvare, in quantum autem Christus est unctus habet unctionis gratiam in alios derivare, hinc est quod ipse est in omnibus sacramentis virtutem tribuens salutarem. Quoniam vero alia adhuc quae perfecte sanet indiget tripliciter gratiae sanativae, scilicet ad strenuitatem actionis, ad suavitatem contemplationis, et ad felicitatem comprehensionis; et primum est incipientium in actione, secundum proficientium in eadem, quorum est alios erudire, et tertium est exeuntium de eadem per mortem: hinc est quod non solum unctionem sacramentalem instituit Deus in confirmatione, verum etiam in medio in ordine pontificali, et extremam imminente periculo mortis. Cum igitur finis imponit necessitatem his quae sunt ad finem, hinc est quod secundum exigentiam huius finis debet hoc sacramentum operari, dari et integrari, suscipi et dispensari. Primo igitur quia huius sacramenti operatio debet regulari a fine, et finis est quia introducturus est ad statum felicitatis perpetuae faciliter et expedite consequendum, et hoc fit per devotionem simul levantem et per exonerationem a culpis venialibus, quae aliquis secum deferens retardatur, quasi deorsum deprimunt: hinc est quod sacramentum istud efficaciam habet et ad devotionem excitandam et ad venialia dimittenda et ad reliquias peccatorum secundum facultatem abolendas. Et quia pluribus infirmis expedit adhuc vivere ad suorum cumulum meritorum, hinc est quod sacramentum istud quandoque corpus vigorando et exhonerando a malo fungitur et alleviat a morbo. Et hoc est quod dicit beatus Iacobus: Oratio fidei salvabit infirmum, et si in peccatis sit, dimittentur ei. Rursus quia huius sacramenti institutio debet esse secundum exigentiam finis, et haec est acquisitio spiritualis salutis per remissionem culparum, et haec salus respicit sanitatem et munditiam conscientiae interioris, secundum quod iudicat ille medicus caelestis: hinc est quod in hoc sacramento debet esse oleum simplex et consecratum, quod sanitatem et nitorem designat in habitaculo conscientiae. Cum autem super illam salutem mortalis homo non habet potestatem, hinc est quod ordo et forma vocalis expressionis per verbum deprecativum ad impetrandum gratiae donum. Et quoniam infirmitates spirituales alliciunt in corpore secundum tres virtutes ipsius corporis regitivas, scilicet sensitivam, interpretativam, generativam et progressivam: hinc est quod membra his virtutibus deservientia sunt unguenda. Cum igitur quinque sint membra deservientia quinque sensibus, scilicet oculi visui, aures auditui, nares olfactui, manus tactui et os gustui, et tria alii virtuti, scilicet interpretativae, et pedes deserviunt progressivae et lumbi generativae: hinc est quod unctio debet fieri in septem locis praedictis, ut sic disponatur homo per hoc sacramentum ad plenitudinem sanitatis per deletionem omnis venialis praecipue. Postremo quia istius sacramenti susceptio a fine dependet, et finis est velocior transitus ad caelum per depositionem omnis venialis et conversionis mentis ad Deum, ideo non debet dari nisi adultis qui venialiter peccaverunt, nec aliquibus nisi petentibus, qui devotionem suam exigunt, nec nisi in periculo mortis constitutis et quasi in transitu ad alium statum. Et quia hoc

est sacramentum periclitantium, et tamen habet maius sacramentum oleum consecratum, hinc est quod per prelatos curatos omnium debet sacerdotibus, et per eos consecratione olei, non est nisi consecratus manibus consecratis. Ex ratione igitur finis in confirmatione et unctione extrema oritur diversitas in efficacia, in materia et in forma, in loco et in tempore, in suscipiente et in dispensante. In efficacia, quia in illo sacramento disponit ad viriliter agonizandum, hic ad celeriter avolandum. In materia, quia ibi oleo permixto balsamo, hic vero oleo puro. In forma, quia illic indicativa, hic vero deprecativa. In loco, quia ibi in fronte, hic vero in multis partibus. In tempore, quia ibi in sanitate, hic in aegritudine. In suscipiente, quia ibi non solum adultis verum et parvulis, hic vero tantum adultis. In dante, quia illud ab episcopis, hoc autem a sacerdotibus quibuscumque. Et haec omnis diversitas a fine procedit, quia sicut claudit diversitas in finibus, ita rationabiliter diversitatem introducunt in his quae ad fines illos habent finaliter ordinari.

De integritate ordinis. xii.

De sacramento ordinis haec in summa tenenda sunt, quod ordo est signaculum quoddam quo spiritualis potestas traditur ordinato. Licet autem ordo sit unum de septem sacramentis, septiformis tamen est ordinis gradus. Primus est in ostiariis, secundus est in lectoribus, tertius in exorcistis, quartus in acolythis, quintus in subdiaconis, sextus in diaconibus, septimus in presbyteris. Hiis autem quodam modo praeparatorium supponitur clericalis tonsura, et sub psalmistatus; praemodum autem complementum sortitur episcopatus, patriarchatus et papatus, a quibus manant ordines et dispensari debent. Sub debitis signis tamen ex parte verborum quae in audiuntur, sollemnitate debita, modo observata, quantum ad tempus, locum, ordinem et personas. Ratio autem ad intelligentiam praedictorum haec est: Quia principium reparativum, quia non dat haec sacramenta nisi mediante, ad salutem hominum instituit ordinate, discrete et potestate, sed exigentia sacramenti horum sapientiae et virtutis: hinc est quod ipsam medicamentorum sacramentalium non sit hominibus dispensanda nisi quibuscumque, sed eo modo quo congruebat ordo, discretio et potestas. Oportuit igitur aliquos esse ad hoc officium excellentius distingui et segregari, quibus ordinatio inter praedictos committeretur. Et quia hi discretio non debuit fieri nisi per signum sacrum, eo modo sunt sacramenta, hinc est quod debuit esse aliquod sacramentum quod esset sacrum signum ordinatorum distinctivum et potestativum ad sacramenta dispensanda in discretione, potestate et ordinatione. Et ideo ordo dicitur signaculum quoddam in quo spiritualis potestas traditur ordinato. In quo simul in ea notificatione clauditur tria praedicata, ex quibus colligi potest in summa quid ad integritatem ordinis exigatur. Primo igitur quia ordo est signaculum distinctivum et segregativum a populo, vel quasi divino cultui sit totaliter mancipatus, ideo ordinandus suscipit distinctivum quandam in tonsura et corona, per quam intelligitur resecatio temporalium, apertum mentis elevatio ad aeterna, ut ostendatur clericus debere esse ad divinum cultum. Et ideo dicitur in susceptione coronae: Dominus pars hereditatis meae. Et quia talis debet esse assiduus in divinis laudibus, quae maxime consistunt in psalmis, ideo psalmistatus tanquam praeambulus ceteros ordines antecedit, quamvis largo modo possit inter ordines numerari. Secundo vero quia ordo est signaculum ordinativum et ordinatum, et ordo consistit in gradu dispensative et distinctione completum, sed quia ecclesiae septiformis gratia, ad cuius dispensationem sacramentum ordinis specialiter ordinatur, et potestas: hinc est quod septem sunt ordines gradatim ordinati usque ad sacerdotium, in quo status est ordinum, quia ipsi est conficere sacramentum corporis Christi, in quo est plenitudo omnium gratiarum. Unde alii sex sunt qui subministrant, et qui gradatim comparantur, per quos ad gradum ascenditur superiorem, quia et sex sunt per numerum perfectum. Ratio senarii est primus numerus perfectus, et propter hoc sic congrua perfectio et sufficientia officii ministrandi. Nam cum aliquis ministrare, quia aut

motiora, aliquos appropinquiores et aliquos de propinquo, ut nihil desit in ministerio ordinato. Et quia quodlibet horum ministeriorum generatur secundum actum purgandi et illuminandi, hinc est quod sex sunt ordines ministeriales, et septimus omnium perfectissimus, in quo altaris conficitur sacramentum, quo consummatur in ordine uno tamquam in fine ultimo et completo. Postremo, quia ordo est signaculum potestatis non tantum in aliorum sacramentorum dispensatione, verum etiam in suis, et potestatis sit potestas excellentior, ideo non tantum sibi competit potestas simplex, quae nominatur in ordine simpliciter, verum etiam eminentia potestatis, quae nominatur in his qui sunt in ordinibus ordinantes dispensare. Et quia excellentia quanto magis descendit tanto magis dilatatur, et quanto magis ascendit tanto magis unitur, hinc est quod plures sunt episcopi, pauciores archiepiscopi, paucissimi patriarchae, et unus pater patrum, qui papa merito appellatur, tamquam unus primus et summus pater spiritualis omnium patrum, immo omnium fidelium, et hierarcha praecipuus, sponsus unicus, caput indivisum, pontifex summus, Christi vicarius, fons, origo et regula cunctorum principatuum ecclesiasticorum; a quo tamquam a summo derivatur ordinata potestas usque ad infima ecclesiae membra, secundum quod exigit praecellens dignitas in ecclesiastica hierarchia. Et quia haec dignitas potissime manet in ordine, ideo hoc sacramentum non debet dispensari nisi cum magna discretione et sollemnitate, ac per hoc nec aliquibus nec in quolibet loco nec in quolibet tempore, sed personis litteratis, honestis et aetatis, irregularitatibus alienis, ieiuno stomacho, loco sacro, tempore missae et temporibus ab ecclesia iure statutis debent huiusmodi ordines dispensari. Et hoc ab episcopis, quibus propter sui eminentiam reservatur dispensatio ordinum, confirmatio puerorum, manuum consecratio, monialium et abbatum. Et dedicatio ecclesiarum, quae propter sui celebritatem non debet dispensari nisi ab his qui habent plenitudinem potestatis.

De integritate matrimonii. XIII.

De sacramento matrimonii hoc in summa tenendum est, quod matrimonium est legitima coniunctio maris et feminae, individuam vitae consuetudinem retinens. Haec autem coniunctio non solum fuit post peccatum, verum etiam ante; sed prius fuit institutum sacramentum coniugii in officium, nunc autem non solum in officium, verum etiam in remedium contra libidinis morbum. Prius significabat coniunctionem Dei et animae, et nunc praeter hoc significat coniunctionem Christi et ecclesiae et duarum naturarum in unitate personae. Introducitur autem haec coniunctio in esse per liberum consensum animorum ex parte utriusque personae, exterius expressum in aliquo signo sensibili. Consummatur autem hoc in copula carnali. Ita per verba de futuro dicitur matrimonium initiatum, per verba de praesenti ratificatum, sed per carnalem copulam consummatum. Huic autem sacramento tria sunt bona, scilicet fides, proles et sacramentum; et duodecim impedimenta, quae impediunt contrahendum et dirimunt iam contractum, quae in his versibus continentur: Error, conditio, votum, cognatio, crimen, Cultus disparitas, vis, ordo, ligamen, honestas, Si sis affinis, si forte coire nequibis, Haec socianda vetant conubia, facta retractant. Ratio autem ad intelligentiam praedictorum haec est: quia primum principium reparativum, scilicet Verbum incarnatum, eo ipso quod Verbum Dei, fons est sapientiae in excelsis; eo ipso quod incarnatum est, clementiae fons in terris; et ideo eo ipso quod Verbum est, humani generis conditivum extitit per suam sapientiam; eo ipso quod incarnatum est, ipsius reformativum per suam clementiam. Quia enim humanum genus reparat per clementiam, quia primum reparabile fecit per sapientiam, quae pro summo ordine exigebat quod genus humanum faceret potens stare et potens labi, potens etiam reparari, sicut in praecedentibus ostensum fuit. Quemadmodum Verbum Dei hominem fecit in sua sapientia, sic et congruum fuit potens stare, cadere et resurgere. Hinc est quod genus humanum eo ipso propagandum ordinavit, quod et eo ipso modo propagandi habet quo manu teneat ipsum ad standum, habet etiam quod manuducat ad remedium; sic et in propagatione illa est adiuncta post peccatum, scilicet libido, quae traducit morbum. Et

quia status hominis erat ex coniunctione ipsius animae ad Deum per amorem in castissimo singulari et individuo, tenendus veniebat ex coniunctione divinae naturae et humanae in unitate hypostasis et per unitatem eiusdem gratiae divinae introductam, scilicet singularem et individuam. Hinc est quod Deus instituit ab initio, ut propagatio fieret per coniunctionem maris et feminae individuam et singularem, quae significaret ante peccatum coniunctionem Dei et animae, seu Dei et subcaelestis hierarchiae. Post peccatum vero coniunctionem Christi et humanae naturae, seu Christi et ecclesiae. Et ideo utrobique est sacramentum, scilicet ante et post, licet alio et alio modo quantum ad significationem et usum. Cum enim esset sacramentum antequam sequeretur morbus libidinis, quae sequitur propter peccatum, post habet primum excusari quod ipsum valeat vitiare, quia non morbus medicamentum corrumpit, sed medicamentum habet curare morbum. Ex quo manifeste apparet quid sit matrimonium et qualiter sit divinitus introductum in esse. Rursus, quia qualibet praedictarum spiritualium unionum in sacramento matrimonii significatarum est unio unius sicut agentis et influentis et alterius sicut patientis et suscipientis, et haec faciente amoris vinculo quod ex mentium voluntate procedit: hinc est quod matrimonium debet esse coniunctio duarum personarum differentium secundum rationem agentis et patientis, scilicet virilis sexus et muliebris, et hoc ex mero consensu voluntatis. Et quia voluntas exterius non apparet nisi per signa ipsam exprimentia, hinc est quod necesse est quod consensus mutuus exterius exprimatur. Quia vero consensus de futuro non est verus consensus et praesens, sed ipsius promissio; consensus vero animorum sine commixtione non facit plenam unionem, quia nondum sunt una caro: hinc est quod per verba de futuro dicitur esse initiatum matrimonium, de praesenti consummatum, sed in carnali copula consummatum, quia tunc sunt una caro et unum corpus fiunt, ac per hoc plene significat unionem quae est inter nos et Christum. Tunc est plene traductio corporis unius in corpus alterius, scilicet sui corporis potestatis ad procreandam prolem; et ideo ipsi matrimonio sunt tria bona, scilicet sacramentum propter vinculum indissolubile, fides propter debiti solutionem, proles non sic effectus consequens ad utrumque. Postremo vero, quia decens coniunctio matrimonialis debet esse ex libero consensu procedens ad copulationem praeter distantiam in una matrimonii lege, hinc patet duplex modus impedimenti. Hinc est quod duodecim sunt impedimenta matrimonii. Quod patet sic: ad matrimonialem namque consensum requiritur libertas in consentiente et idoneitas ad coniunctionem. Sed libertas in consensu tollitur dupliciter, scilicet istas propter involuntarium, scilicet per errorem et violentiam; et sic sunt duo impedimenta, scilicet error et violentia. Libertas autem in consentiente tollitur per hoc quod quis est alligatus alteri; et hoc vel Deo vel homini. Si Deo, hoc est per votum expressum vel per id quod habet votum annexum, prout est in voto sollemni in ordine. Si autem homini, hoc duplex: aut per ligamen existens, aut per praecedens peccatum: primum in ligamine quo quis ligatus est uxori; secundum est in crimine, quando moechus vel moecha machinatus est in mortem coniugis, vel ipso vivente fidem de contrahendo dedit. Et sic sunt quattuor impedimenta, scilicet votum, ordo, ligamen et crimen. Idoneitas autem ad unionem est distantia personarum, quae tollitur per nimiam propinquitatem vel per nimiam elongationem. Nimia autem propinquitas aut est per generationem sive per aliquid simile generationi, ut est cognatio legalis et spiritualis, aut venit per unitionem seminum aut per contractum sponsaliorum; et sic sunt tria impedimenta, scilicet cognatio, affinitas et publicae iustitiae honestas. Nimia autem distantia aut attenditur ad ea quae sunt naturae, ut cum non possunt commisceri carnaliter; aut quantum ad ea quae sunt fortunae, quia non sunt in una potestate, ut puta cum unus servus est et alter liber; aut quantum ad ea quae sunt religionis christianae, ut cum quis est baptizatus, alter vero minime. Et sic tria impedimenta, scilicet impotentia coeundi, error conditionis et disparitas religionis. Ac per hoc sunt in universo duodecim impedimenta, quae Spiritu sancto dictante introducta sunt in ecclesia Christi. Cui etsi ordo sacramentorum sit commissa potestas, coniugii sacramentum commissum est maxime propter varietates quae circa hoc sacramentum incidere possunt et propter verba annexa, quae est materiae infinitae et ceterae huiusmodi. Et ideo ipsius ecclesiae est gradus consanguinitatis limitare, sicut pro tempore expedire videtur, et personas legitimas vel illegitimas iudicare, et divortia facere, sed nunquam dirimere nec post matrimonium quod legitime introductum

ducentem et annullantem, quia quidquid Deus ordinat, homo non potest, quicumque sit magis potens, separare, cum ipsi Dei iudicio iudicandi remaneant universi.

Explicit liber vi. Incipit liber vii. De statu finalis iudicii.

De iudicio. i.

Postquam aliqua dicta sunt breviter de trinitate Dei, de creatura mundi, de corruptela peccati, de incarnatione Verbi, de gratia Spiritus sancti, de medicina sacramentali, restat nunc septimo et ultimo aliqua breviter tangere de statu finalis iudicii. De quo in summa tenendum est, quod sine dubio iudicium universorum futurum est, in quo Dominus Iesus Christus iudicabit vivos et mortuos, beatos et malos, reddendo unicuique secundum exigentiam meritorum. In hoc autem iudicio fiet librorum apertio, scilicet conscientiarum, quarum merita et demerita universorum tam sibi quam ceteris innotescant, faciente hoc virtute illius libri vitae, ubi scilicet Incarnati, qui in forma deitatis non videbitur nisi a bonis, in forma vero humanitatis, in qua summa praerogativa fulgebit, videbitur tam a bonis quam a malis, et blandus iustis. ¶ Ratio autem ad intelligentiam praedictorum haec est. Quia enim primum principium, hoc ipso quod primum est, a se ipso et secundum se ipsum et propter se ipsum, hoc ipso primum est formale, efficiens et finis, universa producens, regens et perficiens: ideo sicut producit secundum altitudinem suae virtutis, sic etiam regit secundum rectitudinem veritatis et consummat secundum plenitudinem bonitatis. Quoniam igitur altitudo suae virtutis requirebat, ut non tantum esset producens creaturam ad vestigium, verum etiam ad imaginem, non solum creaturam irrationalem, verum etiam rationalem, non solum creaturam quae movetur secundum impetum naturalem, verum etiam secundum libertatem voluntatis; et creatura quae est ad imaginem, quia Dei capax est, est beatificabilis, creatura rationalis est disciplinabilis, creatura habens libertatem voluntatis secundum legem iustitiae est ordinabilis et coordinabilis: hinc est quod rectitudo veritatis legem homini imponere debuit, in qua et ad obtinendum iuvaret et ad legem erudiret et ad iustitiam obligaret, sic tamen quod libertatem voluntatis non cogeret, quin pro suae libertatis voluntate iustitiam relinquere possit; et sequitur, cum sit res quas condidit administrans, sic eas agere, ut proprios motus sinat. Et quia plenitudo bonitatis in consummando operatur secundum quod exigit altitudo virtutis et rectitudo veritatis: hinc est quod consummationem beatitudinis non dat ad beatitudinem summam nisi his qui fuerunt in statu rectitudinis veritatis impositam, qui susceperunt disciplinam et amaverunt illam summam felicitatem, appetentes plus quam bona transitoria. Et quoniam quam plurimi hic agunt quod est oppositum pro sua varietate voluntatum, quae interius occultantur et in statu viae secundum suum arbitrium exeunt: hinc est quod ad manifestationem altitudinis virtutis, rectitudinis veritatis et plenitudinis bonitatis necesse est universale iudicium sequi, in quo fiant iustae retributiones praemiorum, apertae declarationes meritorum et irrevocabiles lationes sententiarum, ut in iustis retributionibus supereffluentia summae bonitatis appareat plenitudo, in apertis declarationibus meritorum veritatis appareat rectitudo, et in irrevocabilibus lationibus sententiarum suae virtutis et potestatis appareat altitudo. ¶ Primo igitur, quoniam iusta retributio respicit culpam, cui debetur poena, vel iustitiam, cui debetur gloria, et universi filii Adae habent hanc vel illam: hinc est quod necesse est in iudicio retributionis omnes iudicari, ut iusti glorificentur et impii condempnentur. ¶ Rursus, quia aperta declaratio meritorum requirit quod similiter appareat quod est agendum et quod actum vel omissum est a libertate voluntatis humanae secundum rectitudinem conscientiae: hinc est quod et liber conscientiae aperietur, ut appareant merita, et liber vitae, ut appareat ipsa iustitia, secundum quam approbanda vel reprobanda sunt merita illa. Et quoniam ille liber vitae est liber, in quo scripta sunt omnia similiter conclusive, et in conscientiis scribuntur; ideo ex concursu apertionis horum librorum fiet aperta declaratio omnium meritorum, etiam quae occulta cordis erant, et sibi et ceteris innotescant. Unde, ut vult Augustinus, liber ille est vis quaedam qua fiet, ut ad memoriam cuiusque cuncta mirabiliter revocentur, ut lucide appareat aequitas divinorum iudiciorum in apertissimo lumine veritatis. ¶ Postremo, quia irrevocabilis latio sententiarum debet fieri ab eo qui possit audiri et videri, et a quo non possit appellari, et videri ab universis non potest summa lux, quae tenebrosis oculis videri non potest, pro eo quod facie ad faciem videri non potest nisi a deiformitate mentis et iocunditate cordis: necesse est quod iudex appareat in effigie creata. Quia vero persona creata auctoritatem non habet summam, a qua appellari non possit: hinc est quod necesse est, quod iudex noster et Deus sit, ut iudicet per auctoritatem summam, et homo sit, ut videatur et disceptet cum peccatoribus in effigie humana. Et quia una vox disceptationis fiet culpabiles et asserit innocentes, hinc est quod una eius effigies iustos iustificabit et damnatio impios detrudebit.

De antecedentibus ad iudicium et nominatim de poena purgatoria. ii.

De eo iam in speciali circa statum finalis iudicii consideranda sunt quaedam, sicut praeambula, quaedam sicut concomitantia, quaedam sicut consequentia. Praeambula autem sunt duo, scilicet poena purgatoria et suffragia ecclesiastica. Primo igitur de poena purgatoria hoc tenendum est, quod ignis purgatorius est ignis corporalis, quo tamen spiritus iustorum, qui in hac vita non impleverunt poenitentiam et satisfactionem condignam, affliguntur, sed plus et minus, secundum quod plus de venialibus secum ex hac vita detulerunt. Affliguntur autem minus graviter quam in inferno, et gravius quam in hoc mundo; non tamen ita graviter, quin sperent et sciant se in inferno non esse, sed forte poena et magnitudine hoc aliquotiens non attendunt. Hac autem purgatione, ab igne materiali inflicta, purgantur spiritus a reatibus et sordibus et ceteris reliquiis peccatorum, quibus sufficienter expurgatis immediate evolant et introducuntur in gloriam paradisi. ¶ Ratio autem ad intelligentiam praedictorum haec est. Quia enim primum principium, hoc ipso quod primum, sit optimum et perfectissimum, et hoc ipso quod optimum sit, summe amativum boni et summe detestativum mali: sicut sua bonitas non patitur quod bonum remaneat irremuneratum, sic et pati non debet quod malum remaneat impunitum. Quoniam igitur multi decedunt qui in hac vita poenitentiam non totaliter impleverunt, et meritum vitae aeternae in eis non possit remanere irremuneratum, et meritum culpae non possit remanere impunitum, nec perturbetur ordinis universi pulchritudo: necesse est quod finaliter praemientur; necesse etiam quod hic tamen puniantur secundum suae culpae exigentiam et reatum. Et quia culpa commissa fuit offensa maiestatis divinae et deturpatio conscientiae et deformatio imaginis divinae in mente nostra impressae, maxime si fuit culpa mortalis, et venialis est dispositio ad hoc; et de offensa requiritur punitio, de deturpatione vero requisita est satisfactio, et de deformatione requirenda est expurgatio: hinc est quod poena illa est iuste punitiva, digne satisfactoria et sufficienter expurgativa. ¶ Primo igitur, quoniam poena illa debet esse iuste punitiva, et sic quod contempto bono aeterno et summo se subicit infimo, iuste Deus inferioribus subicit, ut ab eis suscipiat poenam; et quia ordinem pervertit culpa, et recte quia et Deum contempsit et se ipsum vilem fecit: hinc est quod ordo divinae iustitiae exigit, ut spiritus ab igne materiali habeat puniri, ut sicut ordine naturae anima unitur corpori, ut influat vitam, sic vicissim igne materiali secundum ordinem iustitiae, ut punibilis puniatur, a quo suscipiat poenam. Et quia venientes iam in gratia non sunt digni nisi poena transitoria, et tanto maiori digni sunt poena, quanto maiora commiserunt et minorem egerunt poenitentiam: hinc est quod ab igne materiali puniuntur temporaliter, quidam vero diutius, quidam vero brevius, secundum quod reatus exigit offensarum. Necesse est etiam, ut vere exigitur, quod tunc vere dolor cohaereat amori. Tanto est difficilius quod purgatur, quanto medullitus cordis eius intimus amor inhaesit mundanorum. ¶ Amplius, quia poena illa debet esse satisfactoria, et satisfactio respicit libertatem vocis et statum viae, praecipue cum in non sit status merendi, et poena ille minime tenetur ratione voluntatis: necesse est quod illud quod deficit ex parte libertatis in voluntate sustinentis suppleatur in acerbitate ex parte poenae. Quia vero gratiam habent, quod purgantur quod quaedam velle posse non possunt: hinc est quod nec a iustitia poenae absorbentur, et non in desperatione tenduntur, nec quia in inferno esse possunt, nec volunt aliquatenus persistere.

ac per hoc licet gravius puniatur, longe tamen minus quam in inferno, ac statum illum indubitanter scit aliquando fore quo in inferno irremissibiliter carent. Postremo quia poena illa debet esse expurgatoria, et purgatio illa est spiritus, necesse est quod ignis ille spiritualem habeat virtutem divinitus inditam, vel ut magis credo ipsa virtus gratiae intus habitantis, adiuncta cum poena exteriori, ipsas animas iam possessas punitas et ... omni alleviatas purget, et purgatas sufficienter ut iam nulla remaneat dissimilitudo ad Deum. Et quia tales sunt dispositi in summo ad deiformitatem gloriae suscipiendam in se, cum ianua sit aperta et purgatio consummata, necesse est illos ipsos evolare, in quibus est caritas ignis sursum levans, et nihil retardans ex parte spiritualitatis animae vel reatus. Unde haec est decens divina misericordia seu iustitia, ut apud nos differat gloria et inveniat receptaculum, ubi deceat; et magis sit poena in dilatione praemiorum, nec amplius puniri debeat sic iam purgatus. De concedentibus ad iudicium, et primo de suffragiis ecclesiae.

De suffragiis ecclesiae haec tenendum est, quod suffragia ecclesiae prosunt mortuis. III
Suffragia dico quae ecclesia pro mortuis facit, sicut sacrificium, ieiunium, eleemosynae et aliae orationes; et paene votis assumpta per eorum clavis ecclesiae expiandis, prosunt autem mortuis non quibuscumque, sed mediocriter bonis, utpote illis qui sunt in purgatorio, non valde malis, sicut illis qui sunt in inferno, nec valde bonis, huius scilicet qui sunt in caelo; qui possunt eorum merita et orationes suffragantur ecclesiae militanti; et in multis multa beneficia impendunt beati. Prosunt autem secundum maius et minus, vel pro diversitate meritorum in mortuis, vel pro ecclesiae voto, quae magis sollicitatur pro aliquibus quam pro aliis; et hoc vel ad poenarum mitigationem, vel celeriorem liberationem, secundum quod summae providentiae dispensationi eis melius videtur expedire. Ratio autem ad intelligentiam praedictorum haec est: quia primum principium, cum sit optimum, ac per hoc summe severitatis quantum ad malum et summe suavitatis quantum ad bonum, et ideo cum regula severitatis iustitiae statuit quibus in casu ... eis perdendum ..., post hanc vitam in purgatorio torquendum, debet quod regula suavitatis misericordiae relaxari et habere aliquod ... maxime quia in misericordia sic constituta, et sic operibus et meritis non possunt amplius se invicem ... disponere, quod debuit regimen divinae providentiae suffragium eis conferre ab his qui possunt, salva tamen rectitudine iustitiae; atque nihilominus pro dilectione mutua disponere, non aequiter separari ... et quoniam ergo iusti exigit conservatio bonorum divini regiminis universi, et qualitate unitatis humanae ideo sic est suppremum principium providentia sua disposuit hoc suffragium valere defunctis, secundum dulcedinem suae misericordiae et rectitudinem iustitiae; suavitati divinae bonitatis, regimini universi et humanae unitatis qualitate. Primo ergo in his suffragiis servandus est, ut in eis ... ecclesiae conservatam bonis, et bonis divinitus exigit opera satisfactoria et poenalia persolui per culpis. Hinc est quod post illa opera habent suffragia fructum, per quae potissime fit satisfactio et honor recompensatur Deo. Cum ergo hi sunt tres partes satisfactionis, scilicet ieiunium, oratio et eleemosyna, et altaris sacrificium, in quo maxime redditur honor debitus Deo, propter placentiam illius qui in altaris sacrificio offertur. Hinc est quod suffragium ecclesiae consistit in his operibus satisfactionis, et maxime in missis cantandis, secundum quod beatus Gregorius in quarto libro Dialogi insinuat, quod per missarum beneficia de poenis magis celeriter liberantur. Ac per hoc pompa exequiarum et accurata funeris, et hoc non debet dici ecclesiae suffragia reputari propter quod et beatus Augustinus de cura pro mortuis agenda: curatio funeris, conditio sepulturae, pompa exequiarum, magis sunt solatia vivorum quam subsidia mortuorum. Amplius quia debet in suavitate iustitiae conservari ordinis et regiminis universi, et hoc exigit ut vivificatio influentiae salvetur ordo et symbolum in ea a quibus et in quae influentia illa manat; ac per hoc inferius non debeat influere in id quod est supra, nec in id quod est penitus dissimile et elongatum. Hinc est quod suffragia ecclesiae non possunt valere his qui sunt in inferno, quia sunt a corpore Christi mystico penitus separati; unde nulla spiritualis influentia ad eos pervenit, nec eis prodest. Sic nec influentia ecclesiae prodest illis qui sunt in caelo, propter hoc quod ... commutatis, hinc et est quod non prosunt beatis, quia

sunt omnibus superiores secundum statum, et iam in termino existentes, non possunt ad aliorum conscendere, sed magis e converso ipsi possunt nobis et eorum orationes. Et iam et hi meruerunt in carne, ideo disposuit ordo divinus ut sanctos oratores officiant, ut ipsi suffragentur minus ydoneis, ad divina beneficia impetranda; et ideo possunt quod eis ecclesiae suffragia, sed magis nobis possunt sua. Restat igitur quod solum illis prosunt qui sunt in poenis purgatoriis. Nam ipsi ratione poenae et impossibilitatis merendi sunt inferiores nobis, ratione vero iustitiae et caritatis nobis ecclesiae coniuncti in veritate, ita multa ecclesiae sunt prosunt per symbolum. Postremo quia dominus in huiusmodi suavitatis iustitiae quod praestat exigentiam meritorum, hinc est quod suffragia illa quae communiter fiunt pro defunctis, licet omnibus bonis valeant pro modulo suo, huius tamen amplius valent, qui magis meruerunt ut sibi valerent dum erant in statu viae. Illa vero quae specialiter fiunt pro aliquibus, quia intentio facientis est in tantum secundum dominium praedictum, et ecclesiae instituta absque dubio non est cassa. Et ideo plus valent illis pro quibus dedicata fuerunt, licet et aliis aliquo modo conferant. Nec tamen possunt in aliis sibi ... sicut illi principaliter, praeterquam fuerunt pro eo quod licet sint spiritualia, tamen divina iustitia, pro maiore culpa maiorem exigit emendam, et pro pluribus culpis plures emendas. Utrum autem ecclesia debeat ... quod est aequaliter illuminat ad omnia nisi sedentes, non placet, quia haec suffragia pro ... assimilantur ... haec patris redemptoris, quod habet in fluentiis descensivis. Quantum autem cuiuslibet quantitate valeat ille, certitudinaliter diffinire hic est et in tractatibus poenitentiae et suffragiis pondus attendendum et numerus et mensura. De concomitantibus iudicium, sicut est conflagratio ignis. IIII.

De his dicendum est de concomitantibus ad iudicium, quod sit conflagratio, mundatio ignis, et ... corporum. De conflagratione igitur haec tenendum est, quod ignis praecedet faciem iudicis, quod tunc faciem curret in quam figura huius mundi mundatorum igni conflagratione peribit, sicut factum est aquarum inundatione diluvii. Dicitur autem transire figura huius mundi, non quia ad destructionem totalem huius mundi sessit, sed quia per actionem illius ignis omnia elementa inflammatis consumuntur vegetalia et animalia, purgabuntur et innovabuntur elementa, maxime aer et terra, purgabuntur itaque ad ... tempore quo sanctos cessabit motus caeli, ut sic completo numero electorum fiat innovatio et praemiatio caelestium et mundanorum. Ratio autem ad intelligentiam praedictorum haec est, quia primum principium universale, cum sit sapientissimum et in omnibus quae agit attendat ordinem sapientiae potentissime, ab ipsis debet attendere quod spectat ad consummationem, ut sic non discordet primum a medio, nec medium a postremo, sed in cunctis congruentissime ordinata appareat illius principii sapientia ordinatissima et bonitas et altitudo. Cum ergo Deus sapientissime ordinatissima sapientia creaverit istum mundum sensibilem, et maiorem fecerit propter mundum minorem, videlicet hominem, qui inter Deum et res alias inferiores in medio collocatus est, hinc est quod ... omnia sibi invicem congruunt, et habitatio cum habitatore habet harmoniam. Homine bene instituto debuit mundus iste in bono et quieto statu institui; homine labente iste mundus debuit deteriorari; homine perturbato debuit perturbari; homine expurgato debuit expurgari; homine innovato debuit innovari; homine consummato debuit consummari. Postremo quia mundus iste perturbatus est homine perturbato, sicut stetit cum stante, et quoniam cecidit cum labente, et in futuro iudicio propter severitatem iudicis ostendendam, necesse est omnium corda terreri, et peccatorum maxime, quod universorum dominum contempserunt, ut sic omnis creatura divinum accipiat zelum, et conformet auctori et conformetur ... necesse est toti orbis cardines horribilissime commoveri; et quia non intensius velocius et omnibus ... agendo et commovendo in aliud elementum quam ignis ex omnibus partibus activus, hinc est quod necesse est quod ipsum iudicis faciem ignis praecedat, non ex una parte tantum, sed ex parte mundi, ut sic in se ignis elementaris et terrestris, ignis purgatorii et infernalis, ut per infernalem reprobi adurantur, per purgatorium iusti purgentur, et per terrestrem huius terrae nascentia consumantur, per elementarem subtilientur et ad innovationis faciem disponantur. Et sunt cum his certa complementa non solum homines et daemones, verum etiam angeli videntur tremere. Rursus quia mundus iste purgari debet cum homine expurgando, et homo in statu ...

nalis temporis indiget purgari a sordibus avaritiae et malitiae. Sic in ipso tempore a faece luxuriae indiguit purgari et velociter et intense et perfecte. Hinc est quod sicut primus mundus deletus est et quodammodo purgatus per elementum aquae quod est frigidum contra ardorem et faecem luxuriae, sic finalis mundus purgabitur et per refrigerationem calidis contra frigus malitiae et avaritiae quae regnabunt in fine quasi in ipsa senectute mundi. Quae quia maxime sunt adhaerentiae, necesse est quod purgans sit actionis motivae violentae et accelerantis. Quod non contingit reperire in alio elemento quam in igne. Et sic factum est in aquarum inundatione diluvii, sic per actionem ignis huius mundi sensibilis facies peribit. Apostolus: quia mundus iste innovari debet cum homine innovato, non innovari propter aliquid innovandum formaliter, non perdat vetustatem et quandam dispositionem dispositione nova sit induta. Hinc est quod ignis maxime habet virtutem expulsivam formae extraneae, habet etiam vim subtilissimam et caelesti naturae cognatam. Propterea debet fieri purgatio simul et innovatio, ita quod exigentiam habet efficaciae, quia ad adventum iudicis adductum procedit, quia ad adventum habet sequi. Et cum innovatio sit ad novitatem quam apostolus reducit ad vetustatem, ac per hoc ad novitatem incorruptibilem, quam dare non est in potestate alicuius creaturae. Hinc est quod licet in illa purgatione ignis adagitat possibile videtur vel inflammare, purgare, rarefacere et subtiliare, necesse est quod in illa virtute naturali sit virtus operans supra naturam, et ipso fit consummationis initium. Et etiam virtute fiet nichilominus complementum.

Postremo quoniam mundus iste debet consummari homine consummato, et tunc est homo consummatus quando erit in gloria completus numerus electorum, ad quem quoad statum ordinatur sicut ad finem ultimum et completum, necesse est facta completione illius numeri terminari et quietari motum naturae caelestis. Necesse est etiam terminari istas mutationes elementares. Necesse est etiam per consequens terminari generationes quae sunt in animalibus et plantis. Cum ista omnia ordinentur ad formam nobilissimam quae est anima rationalis, composito statu in animalibus, necesse est terminum et complementum poni ceteris praecedentibus. Et ideo corpora caelestia habita quiete et luminis plenitudine dicuntur remunerari. Elementa vero quia apostoli non habent unde se multiplicandi per transmutationem mutuam dicuntur in terra, non quantum ad substantiam, sed quantum ad actionem et passionem mutuam, et hoc quantum ad qualitates actuales, vegetativa et sensitiva, quia non habent potentiam ad vitam perpetuam et durationem sempiternam, quod competit statui illius nobilitatis, necesse est in terra natura consumi. Ita tamen quod salvantur in principiis et quodammodo in homine, scilicet in illis qui similitudinem habent cum omni genere creaturae. Et ideo in ipsius innovatione et glorificatione innovari possunt dici et quodammodo premiari. De conditionibus sic est resurrectionis corporum. v

De resurrectione corporum hoc tenendum est quod omnia corpora resurgent in generali in fine. Nulla in eis erit distantia quantum ad ordinem temporis, sed magis quantum ad ordinem dignitatis. Nam mali resurgent cum suis penalitatibus et deformitatibus, mensuris et defectibus, quos habuerunt in statu viae. Boni autem naturalibus et vitia detrahet. Et omnis resurget integro corpore et plena aetate et debita mensura membrorum, ut sic sancti omnes occurrant in virum perfectum et in mensuram aetatis plenitudinis Christi. Surgent autem tam in bonis quam in malis corpora eadem numero quae prius et eisdem partibus constituta, salva tota veritate naturae, non solum quantum ad humiditatem radicalem, verum etiam salvis capillis et ceteris membris quae fuerunt ad decorem corporis, in quocumque sint conversae. Aurum vel sint in pulverem humani corporis cedat, ad eandem animam redibit, quae ipsum primum vivificavit et rexit animam.

Ratio autem ad ista praedictorum haec est. Quia primum principium, eo ipso quod primum et summum, est nobilissimum et sufficientissimum, ac per hoc principium est naturarum et praemiorum principium, potentissimum, clementissimum et iustissimum. Licet secundum quod tamen operatorem sit potentissimum in constitutione naturae et clementissimum in collatione gratiarum et iustissimum in retributione praemiorum, tamen singula sunt singulis, quia summa potestas, clementia, iustitia numquam possunt ab invicem separari. Et ideo in opere retributionis necesse est quod ipsa fiat secundum exigentiam in tertio instituto; restitutio igitur et completio naturae.

Quoniam igitur iustitia necessario requirit quod homo qui meruit vel demeruit non in anima solum sed nec in corpore solum sed in anima simul et corpore praemietur vel puniatur in utroque. Restitutio igitur quam requirit ut totum corpus assimiletur capiti, et corpus mortuum fuit necessario resurgere et unitum esse inseparabiliter divinitati. Completio naturae requirit ut homo constet simul ex corpore et anima tamquam ex forma et materia, quae mutuum habent appetitum et inclinationem mutuam. Necesse est igitur, in naturae esse futuram exigentiae huius constitutionis naturae, infusionis gratiae et retributionis iustitiae, sed quas tota universitas habet regi. Et ideo ex his verbis clamant homines resuscitandos, ut omnis tollatur excusatio illis qui contra hanc veritatem fidei obsurdescunt, ut multo contra tales vivus pugnet oblitus.

Quia igitur quoniam iustitia divina exigentiis ordinationis divinae iustitiae et divina iustitia reddit unicuique quod suum est pro loco et tempore, ut omnis anima corporis simul et ad punctum temporis iuncta vel habet in eo culpam vel gratiam, necesse est quod omnes resurgant. Et quia distinctio debet esse status retributionis a statu viae, et iustitia spectat ad statum retributionis, ut non confundatur ordo universi, et ut fides habeat meritum quia creditur quod non videtur, et ut etiam et clarius appareat aequitas divinae iustitiae, et ut simul fiat consummatio et retributio finalis in angelis et hominibus, requirit haec divina iustitia ut omnes resurgant simul, quia est de communi lege. Quod dico propter Christum et eius beatissimam matrem. Quia vero mali debent poenam et miseriam et boni gloriam, ideo etsi simul resurgant in tempore, valde dissimiles erunt in conditione. Resurgent quia mali resurgunt non ad vitam sed ad supplicium. Necesse est quod ipsi cum infirmitatibus et deformitatibus et defectibus suscitentur.

Rursus quia iustitia divina esse secundum exigentiam consummationis gloriae et perfectio gloriae nos facit conformes Christo capiti nostro, in quo nullus fuit defectus membrorum sed perfecta aetas et statura debita et effigies formosa, optimum est quod boni suscitentur in optimis conditionibus, ac per hoc necesse est quod in eis et vitia detrahantur et natura suscitetur. Optimum autem est ut si aliquid membrorum deerit suppleatur, si aliquid superfluitatis inerit auferatur, si aliquid membrorum deordinatio contingat, si parvulus erit ad quantitatem aetatis quam debuit in fine, licet non mole, divina virtute reducatur. Si decrepitus, ad eandem aetatem reducatur. Si gigas, si nanus, ad mensuram congruam limitetur, ut sic omnes integri et perfecti occurrant in virum perfectum.

Postremo quia iustitia divina esse secundum exigentiam perfectionis naturae, et natura sua rationalis exigit quod vivificet corpus proprium, quia proprius actus in propria materia habet fieri, necesse est quod idem corpus numero resurgat. Alioquin non esset resurrectio vera. Requirit etiam natura animae rationalis et immortalis, quae sic habet esse perpetuum, quod corpus habeat cui perpetuo influat vitam, ac per hoc corpus quod anima vivit ex ipsa unione ordinationem habet ad incorruptionem perpetuam. Sed tamen quod illud in quo consistit natura totius corporis, sic sunt membra principalia et humiditas radicalis, et anima. Sed superflua habent ordinationem necessariam. Alia vero, scilicet caro, secundum materiam, et partes quae sunt de bene esse hominis habent ordinationem de congruo, et ideo partes sunt ordinatae ad finem secundum ordinem necessitatis, aliae autem esse secundum ordinem congruitatis, quem ordinem quia deus impressit naturae, natura non potuit perficere, quia non per modum suscitavit. Et ipsa divina providentia non frustra debuit facere. Necesse est quod ipsius virtute reparetur corpus idem numero et immortale, et ex omnibus partibus constitutum, salva tota veritate naturae.

Cum autem hoc non habeat in potestate natura, sed solum in appetitu, quia non idem corpus numero destructum reparare potest, cum non possit in totum rei substantiam, nec immortale possit efficere cum omne permixtum generabile sit corruptibile, nec dispersa colligere, necesse est quod resurrectio non seminalibus naturalibus causis sed primordialibus attribuatur ut fiat secundum esse mirabile et supernaturale et divinum imperium vocis. De consequentibus sic est de poena infernali. vj.

Consequentia ad iudicium sunt duo, scilicet poena infernalis et gloria caelestis. De poena igitur infernali hoc tenendum est, quod poena infernalis est in loco corporali deorsum, in quo aeternaliter affligentur omnes reprobi tam homines quam spiritus mali, affligentur eodem igne materiali quod exce

mal' et affliget sp̄s et ĩ corpa. nec tam̄ cor̄ illa. ɔsuet
s; sp̄ affliget. alios pl'. alios mīn'. s; exigen̄ mitor̄. hĩ q̃
afflictiq ig̃s. ɔiūcta erit afflictio. s; ōs sensus. ɔiūcta erit
pena dampni. et carētia visionis dei. ita q ĩ h'is pen̄s. erit
varietas. et cū varietate acbitas. ⁊ ĩ acbitate ĩtimina
b'litas. ut ad gehēnor̄ suppliciū tormēto⁊ sūmū ascēdat ĩ scl'a
scl'or̄. ¶ Rō at̃ ad itell'ca pdcōr̄ h' ē. Q2a p'. p'n'. p eo q p'.
qq h̄ ĩ sūmo h̄. io necc̄ ē. ipm̄ ēe rectissim̄. Cum g̃ ret
buēdo agat s; rectitudīe. sic ɔ se. facē n̄ p̄. n̄ se negāe n̄
sumā iticiā impugn̄e. Necio sua rectitudīe exigēte. o; q
pc̄ puniat. s; q̃ti. cl'pe. ĩ h'is maxīe q lege mīe ɔtēpnētes
p ĩpenit. ĩpeger̄ ĩ securitate itī. Q2m securitatis itī ē ɔsticiāe
cl'pa. n̄ solū q adiudicēe. vez ⁊ q ad ēq̄s aggīātes. ɔgetissi
est. q uidex itī. penas debitas abrumpus exigat. us; ad ulti
q̄ditātē. ut sic n̄ remaneat dedec̄ pcī. sn̄ decore itī. et sic mai
festat p̄o. ĩ cādo. et sap̄ ĩ gubnādo. et clemītia ĩ repando.
sic maifestet suā itī ĩ puniēdo. Q2m dīa itī pcōre d; pu
nire. s; exig. cl'pe. et culpa mor'. ado q succed' final' ĩpnīa
ipā h̄ rōē deordīatōis pp̄t. deordīatōis libidinose. et de
ordīatōis mltimode. Necc̄ ē q ipa puniat. penar̄ etītū
